

8
17
12

150 R. c. 215
90 PL

Theol. D. V. 259.

3

HISTORIA
De
AVGVSTANA
CONFESIONE,
breuiter recitata in Aca-
demia Regiomontana

A

D. IOHANNE
Wigando.

REGIOMONTI
typis heredum Ioannis Daubmanni.

1 5 7 4.

3

HISTORIA
De
AVGVSTANA
CONFESSIONE
p[re]sent[is] ecclesie in Aca-
denia Regionontana

D. IOHANNES
Wigandus

REGIO MONTI
op[er]e p[re]ced[ent]is Joannis Dabmanni

1 5 7 4

PRÆFATIO.

NOBILITATE

GENERIS, SAPIEN-

TIA ET VIRTUTIBVS

excellentissimo uiro, D. ERHAR-

DO A KVNHEIM, illustrissi-

mi Ducis Prussię consiliario, & aulæ

Magistro Illustrissimæ Ducissæ,

Capitaneo in Georgenburg,

Domino suo colendo.

G. per Christum.



*Beneficia, quæ Deus hoc
postremo mundi seculo,
nostræ Germaniæ exhibi-*

*buit, multa et magna sunt,
ut linguarum peregrinarum, quibus sa-
pientia de diuinis & humanis rebus cõ-
tinetur atq; exponitur, & artium bona-
rum cognitio, expositio linguæ Teuto-
nicæ, artis typographicæ inuentio, cul-*

A z men

PRÆFATIO.

men Romani Imperij, & multa alia:
Sed nullum maius, nullum excellentius,
nullum salutarius est patefactione uerbi
diuini tanta, quantam post Apostolorū
tempora, non legimus in ulla orbis ter-
rarum parte illuxisse. Estq; hoc miseri-
cordiæ diuinæ opus eò admirabilius,
quò densiores tenebræ coniunctæ cum
potenti tyrannide, uniuersam Dei Ec-
clesiam oppresserant atq; obsederant.

Eius uerò illustris & mirificæ pa-
tefactionis uerbi diuini, una lucerna est,
Confessio illa celebris, in conuentu Im-
perij augustissimo, Anno Domini 1530
Augustæ Vindellicorum, publicè à
Germanis quibusdam Electoribus,
Principibus, & Rebuspubb. lecta &
tradita. Nam capita pietatis præcipua
ex monumentis Prophetarum & Apo-
stolorum,

PRÆFATIO.

stolorum, succinctè, perspicuè, & neruose complectitur, ita ut etiam aduersarij fassi sint, ex uerbo Dei sese eam refellere non posse.

Merito igitur hoc ingens Dei beneficium agnoscimus, maximi facimus, gratis pectoribus celebramus, & ad posteros nostros propagare studemus, præsertim cum uideamus in uniuerso hoc mundo, omnia ad finem inclinare, & tenebras horrendas, de quibus Christus prædixit, passim inundare.

Ego quidem, ut meo loco, quantum Dominus Deus daret, hanc egregiam & illustrem lucernam piæ iuuentuti commendarem, eius repetitionem instituendam esse censui, & ut historica quedam cognoscerent, ista rerum maxima-



PRÆFATIO.

rum capita consignavi, quæ (ut opinor) omnibus pijs & bonis non ingrata sunt futura.

Tibi uerò nobilissime uir, hanc commemorationem inscribendam esse duxi, quia scio te hanc confessionem Ecclesiæ Germanicæ, toto pectore complecti ac tueri, & ab omnibus fanaticis opinionibus, cum ea pugnantibus, abhorrere. Audiuisti ipse magnum illum Germaniæ Prophetam Lutherum, quem Deus pro sua immensa misericordia excitauit, ut ex tenebris Pontificijs iubar illud cœlestis ueritatis produceret in medium, eiusq; fulgore totum orbem replet. Video tibi in primis curæ esse Ecclesiam & Scholas huius regionis, easq; summo fauore prosequi & iuuare. Intelligis enim homines non propter momentanea

PRÆFATIO.

mentanea & caduca huius uitæ bona, à Deo condi & seruari, sed ut in Scholis & Ecclesijs de uero Deo erudiantur, & conuersi, Deum rectè colant, ac tandem cum Deo in æternis gaudijs uiuant. Hæc sunt potissima hominis ornamenta, hi thesauri sempiterni. ó cæcos, ó deliros, ó miseros homines, qui dignitatibus, opibus, uoluptatibus in hoc mundo tantopere inbiant, ut æternam beatitudinem negligant, imò etiam Scholarum & Ecclesiarum pestes & lupi sint.

Oro igitur patrem Domini nostri Iesu Christi, ut & te & reliquos nobiles ac præstantes uiros in hac regione, in primis uerò nostrum Illustrissimum Principem, eiusq; illustrissimam Coniugem,

PRÆFATIO.

iugem in uera pietate & istius Augu-
stane Confessionis fideli propagatione
clementer conseruet. Meum itaq; offi-
ciolum, spero tuæ præstantiæ ingratum
futurum non esse. Bene uale.

V.

Iohannes Wigan-
dus D.

HISTO-

HISTORIA^I DE AVGVSTANA CONFESSIONE.



VI hodie puram
Euangelij doctrinam
sequuntur, relicto Pa-
pa Romano propter
Idolomanias, errores
doctrinæ, prophanationes Sacramen-
torum, & alias Antichristi notas mini-
mè obscuras, non illubenter profiten-
tur, sese Augustanæ Confessioni addi-
ctos esse: quia hoc nostro seculo nulla
illustrior, toti Rom. Imperio Confes-
sio exhibita est: ac palàm asseuerant, in
ea comprehensam esse doctrinam non
nouam, sed veterem, non humanam, sed
diuinam, traditam in monumentis Pro-
phetarum & Apostolorum.

Cùm igitur hac in parte de multis
grauissimis rebus commonefacienda sit
iuuentus, quæ agnitã & hæctenus egre-
giè ac salutariter plantatam doctrinam

A 5

Dei,

HISTORIA CONFES

DEI, ad posteritatem vltcrius propa-
gare studebit, commodissimum in præ-
sentia futurum esse existimo, si in his res-
bus explicandis, vsitatum ordinẽ, per-
spicuitatis & memoriæ gratia obserua-
uero. Nam aliàs ea capita, quæ hoc lo-
co exponi solent, ex consideratione to-
tius corporis petenda sunt, vtpote,
de occasione, de authoribus, deq; suc-
cessu Confessionis istius, aut alijs circa
eam euentis.

AN SIT.

Esse autem quandam fidei Confes-
sionem, celeberrimo Imperij Rom. con-
uentu, æditam, & publica solennitate
exhibitam, historiæ nostro tempore lu-
culenter docent. Ac viuunt hoc tempo-
re adhuc nonnulli senes, sed pauci, qui
isti exhibitioni interfuerunt.

Et liber ipse etiamnum extat latinè
germanicè, græcè, & alijs in linguis,
extabitq; deinceps DEO gubernante,
donec hic Sol in amplissimo cœli thea-
tro lucebit. Imò doctrina eius, in omnẽ
æternitatem vsq; durabit. Verbum enim
Dei

SIONIS AVGVSTANÆ. 2

DEI complectitur. Sed verbum DEI manet in æternum, iuxta sacram scripturam.

DE VOCABVLO.

Confessio autem fidei à rebus appellata est, & quia reddēda fidei gratia, scripta & palàm tradita est.

Augustana autem à loco nominata est, ubi comitia publica à Carolo V. Rom Imperatore & Statibus agitabātur. Ad æternam igitur istius rei memoriam, ab ista ciuitate nomen traxit.

Est autem Augusta vindelicorum, celebris & ampla Germaniæ, & quidē Imperialis ciuitas, sita inter Lycum & Vindam amnes, in Rhetiæ, Bauariæ, & Sueuiæ finibus. Eleuationem poli habet 46. grad. 40. min. Longitudinem loci 32. graduum. Sedes est ibi Episcopalis. Ciues habent puram Euangelij doctrinam, quæ ibi publicè in aliquot templis traditur. Sed Papæ ministri adhuc tenent præcipua templa, in quibus suo more Baaliticis cultus exercent. Domus ciuium, ex quadris lapidibus splendide

HISTORIA CONFES.

splendidè sunt extractæ, vallo, muris & fossa vndiq; cinctâ est ciuitas. Opulentiores ciues mercaturæ dediti sunt, & inter eos Fuggerorum nomen maxime hoc nostro seculo inclaruit, artifices multi, in lineis potissimum pannis contextendis victum quæerunt.

Theologi celebres in eo loco nostra ætate fuerunt, Iohannes Oecolampadius, Vrbanus Regius, V Volfgangus Musculus, Caspar Huberinus, Stephanus Agricola, sed illi ad alias postea Ecclesias commigrârunt, propter quasdam rerum conuersiones, quæ ibi acciderunt, neq; omnes in veritate de Cœna Domini perstitierunt. S. Vlricus, qui epistolam de Coniugio scripsit, ibi in cœnobio, quod ab eo nomen traxit, vitam egit. Achilles Gassarus Medicus excellentissimus, cuius quædam historica extant, in ea repub. multos annos vixit, & adhuc in viuus est. Et Hieronymus V Volfius, qui aliquot græcos aucthores in latinam linguam transfudit, eo in loco viuit.

Valde

SIONIS AVGVSTANÆ. 3

Valde insuper præclarè de multis studiosis Germaniæ merentur ciues ditiores & munificentiores, quos stipendijs collatis, alunt passim in Academijs & iuuant, vt ad dignitates & gradus literatorum ascendere queant.

Augustanam igitur Confessionem cum dicimus vel audimus, certam, & quidem hanc vnicam speciem scripti intelligimus, quod in illis comitijs, quæ Anno domini 1530. habita sunt, exhibitum est in solenni cœtu Imperij Romani. Ea igitur ratione ab alijs confessionibus discernitur.

Lutherus autem initio, in epistolis ad Philippum, hanc ipsam Confessionem vocat Apologiam, imitans Ecclesiam Christi, quæ in historijs appellat Apologias, Confessiones illas Christianorum, quibus fidei suæ rationem exposuerunt. Sed postea Philippus Defensionem huius confessionis, contra refutationem Pontificiorum, hoc nominis indidit, & vocauit eam Apologiam, vt & hodie vsitatè nominantur.

Hinc

HISTORIA CONFES

Hinc Adiuncti Confessioni Augu-
stanæ nuncupati sunt, Augspurgischer
Confession verwandte/oder zugehörne/adz
stipulantes scilicet eidem Confessioni.

Aliàs ñdem & Protestantes dicti
sunt, quod tamen nomen ex alia histo-
ria anni 1529. in Comitibus Spirensibus
ortum est. Nam proponebatur Edictũ
Cæsareum, ne Ecclesiæ, quæ à Pontifice
Romano discessissent, quicquam am-
plius mutarent, nec impedirent Ponti-
ficios in suis ditionibus habitantes, quo-
minus sua sacra perficerent, idẽ ad
Concilium vsq; quod quidem sepe pro-
missum fuerat. Contra hoc igitur postu-
latum nostri protestantes, quòd ratio-
ne Verbi diuini & suarum conscientia-
rum assentiri non possent, Protestantis-
um nomen postea (sine tamen infamia)
acceperunt, & ipsimet usurparunt.

Aliàs & Lutherani vocati sunt
ab aduersarijs. Euangelici verò à
nostris & ab altera parte sunt nomina-
ti, sed hæc aliò pertinent.

Postea

Posteà liber Augustanus, dictum est aliud scriptũ, quod post bellum Germanicum capto Electore Saxonie, Carolus V. Victor eodem in loco publicavit, Anno Domini 1548. quo Evangelici iterum ad Papæ Romanæ religionem paulatim reducerentur & cogerentur. Ac quia tantũ usq; ad Concilij determinationem durare debebat, INTERIMA Augustanum est cognominatum. Alij Sphingem Augustanam appellarunt, quia dolose involuit res fidei, vt simplicioribus fuscum faciat. Alias inscribitur DECLARATIO, quomodo in negotio Religionis per Imperium usq; ad definitionem Concilij generalis, vivendum sit. Hic igitur liber Augustanus, vt non gerit titulum Confessionis Augustanæ, ita ei, quæ Anno trigesimo exhibita fuit, prorsus est contraria, qua de re suo loco dicendum erit.

Staphylus, Lindanus, & alij Papæ Romani notis clari, Confessionistas eos per ludibrium appellant, quos non

HISTORIA CONFES

non pudet eius Confessionis, Augustæ à Germanis exhibitæ. Sed id nomen laudi sibi ducunt omnes pñ. Sunt igitur ipsi ex aduerso ABNEGISTÆ. (Liceat enim nobis vt ipsis, noua uocabula fingere) Nam Staphylus infamis Apostata est. Reliquis quoq; suas notas relinquimus, quòd sunt serui Papæ Romani, cuius quidem habent Characteres in manu, in fronte, & in pectore.

QVID SIT.

Confessio Augustana, & confessio doctrinæ de præcipuis fidei Articulis, ex verbo DEI perspicuo extracta, & Carolo V. Imperatori Romano, Anno Domini 1530. Augustæ in comicijs à quibusdam Principibus & Ciuitatibus Germanorum, qui à Pontificia religione sese disunxerant, publicè post lectionem exhibita, vt notum fieret, eos tantùm amplecti & docere, quæ sacris literis sunt consentanea, & nihil noui, nihil absurdi, nihil erronei profiteri aut sectari.

Fundas

SIONIS AVGVSTANÆ. 5

Fundamentum huius Confessionis, est verbum DEI, monumentis Prophetarum & Apostolorum comprehensum. Nihil enim hæ Ecclesiæ docere, nihil asseuerare, nihil profiteri voluerunt, quàm quod in sacrosanctis literis fundatum, traditum atq; expositum est. Hæc mens, Hæc intentio, Hæc motio fuit istius Ecclesiæ à Papa Rom. segregatæ, ac DEI beneficio adhuc est, licet fremant, frendant, rumpantur omnes Cacodæmones & eorum manipulares, quotquot sunt.

QVOTVPLEX.

Vnica tantum est Confessio Augustana, quæ propriè ac verè sic censi ac dici meretur, ea nempe, quæ publicè Proceribus & Statibus Imperij Rom. Anno Domini 1530. exhibita est.

Mutationes autem eiusdem Confessionis, factæ ab vnica persona, sine approbatione publica & conueniente, effecerunt, vt Vitebergenses recentes post obitum Lutheri, geminam seu duplicem Confessionem, Ecclesiæ in suo

B

Corpore

HISTORIA CONFES.

Corpore doctrinae offerant. Vnam quidem vetustiore, alteram vero recentiore, atque in pluribus mutatam & variatam, quae non est Augustae exhibita, ideoque nec Germana est, nec habet parem auctoritatem cum priori. Verum hac de re suo loco plura.

Nos cum recte sentientibus, tantum unicum nouimus, unicum amplectimur, unicum sequimur & profiteamur Augustanam Confessionem, nempe veram & amplissimam illam, germanam & propriam, quae Confessionis loco, ad aeternam rei memoriam, Imperatori Romano est in manus tradita, & audientibus Imperii Statibus, publice ac solenniter praelecta. Ea vero constantia in primis decet Christianos, & Germanicum populum in rebus maxime arduis, ad gloriam DEI & animarum salutem spectantibus, ut in vna agnita & immota veritate persistant.

Efficiens,

SIONIS AVGVSTANÆ. 6
EFFICIENS.

Confessionis Augustanæ Efficiens causa, est DEVS, sed mediatè. Cùm enim Confessio Augustana sit Verbum DEI, quia ex eo desumpta est: Et, quia ipsa Confessio vera veri nominis diuini, non est opus virium humanorum, sed DEI largientis eam lucem suæ doctrinæ, & animositatem illam atq; alacritatem Confessionis, ideo meritò eï ascribitur hoc bonum opus. Sic Filius DEI inquit: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus DEI, qui in vobis est. Item: Sine me nihil potestis facere.

Isti igitur DEO nostro, & repurgationem doctrinæ Cœlestis, ex tenebris Pontificis plus quàm Cimmeris, & mirandam istam illustrationem sui verbi in hoc nouissimo mundi seculo, gratis pectoribus ascribere nos decet.

Certi igitur & persuasi sumus, in instinctu et gubernatione Spiritus sancti,
B 2 hanc

HISTORIA CONFES

hanc Augustanā Confessionem conscrip-
tam & æditam esse. Nam opus (quod
dici solet) monstrat ac probat artificē.

Deinde verò media fuerunt, homi-
nes, quos DEVS ad hoc opus pro suo
iudicio delegit, excitavit, vocavit, illu-
minavit, armauit, rexit, nempe Luthes-
rus, Philippus, Ionas, Schnepfius, Io-
hannes Brentius, Iohannes Agricola,
Georgius Spalatinus, & aliī nonnulli
Theologi.

Etsi autem Lutherus non erat Aus-
gustæ, cum exhiberetur ea Confessio:
tamen singulari consilio Coburgum,
Franconiæ oppidum non in celebre, eo
tempore translatus erat, vt in vicinia
omnes illas Theologicas deliberatio-
nes & conatus, pro sua eximia pietate,
& cognitione sacrarum literarum non
vulgari, moderaretur ac regeret.

Lutherus enim materiam & quasi
sylvam contexendæ Confessionis sug-
gessit, digessit, atq; præscripsit, id quod
manifestè testantur Articuli æditi, in 5.
tomo operum Lutheri Ienensi, quorum
quidem ordinem & verba Confessio
Augustana

Augustana obseruat, id quod cuius le-
genti & conferenti patet. Et Iohannes
Dux Elector Saxonix idem ad Luthe-
rum scribit: Articulos Lutheri tali for-
ma adornatos esse, vt exhiberi queant,
Nam priusquam ad comitia irent, Ele-
ctor Theologis Vitebergensibus in-
iunxerat, vt eiusmodi capita doctrinæ
ad hunc vsum consignarent, id quod
Lutherus reliquorum consensu & ap-
probatione fecit.

Nihil etiam à Theologis hac in
parte scribebatur Augustæ, quod non
Luthero Coburgam mitteretur, vt is
sub suam limam vocaret, & ad typum
Verbi diuini examinaret. Erat enim
tum & iure habebatur currus & auri-
ga Israël, & caput istius causæ, sicut
Melanthon ipse eum nominabat, vt in
quo Spiritus Sanctus plurimis eximjs
donis elucebat, & qui magis intellige-
bat fundamenta doctrinæ cœlestis ex
benigna DEI largitione, quàm cæteri
eius collegæ. Nam ipse diuinitus præ
alijs excitatus erat, vt lucem diuinam,
oppressam tenebris papisticis, iterum
B 3 proferret.

HISTORIA CONFES.

proferret. Habebant Collegæ ipsius quoq̃ excellētia DEI dona, quibus hoc DEI opus iuuabant, sed hoc organon DEI omnes cæteri sine inuidia agnoscebant, & Melanthon sæpè fassus est, sese Lutherum agnoscere patrem & præceptorem suum, eiusq̃ doctrinam breuiter complecti & tradere.

Etsi igitur Philippus Confessionem illam latinam suo stylo poliebat, & res ad exhibitionem commodiorem Augustæ cōcinnabat, tamen delineationem Lutheri sequabatur, atq̃ eius censuræ & limæ totum scriptum iterum subñciebat.

Erat autem sollicito animo Philippus, non tantùm propter ingentia pericula, quæ eo in loco ipsos circumstrebant, Sed etiam propter negocium religionis, vt necesse haberet Lutherus eum sæpius erigere, solari, imò etiam docere, instruere, confirmare & hortari, ne NIMMUM vellet largiri in rebus Dei & Ecclesiæ, id quod scripta, quæ impressa extāt, publicè testantur in tomo 5. Lutheri, & alibi. Tantùm enim notoria & manifestissima recensemus. DE

SIONIS AVGVSTANÆ. §

DE IMPVLSIVIS.

Occasio huius Confessionis erat.

1. Reflorescens Euangelium altissimi
DEI, prolatum ministerio Lutheri, &
aliorum *συνεργῶν*, quos DEUS ei addebat
pro sua misericordia & omnipotentia,
quia volebat lucem ex tenebris papisticis
splendescere. Hæc igitur insignis &
animosa segregatio à Pontifice Romano,
atrium illius Fortis, de quo Christus
concionatur vehementer turbabat.
Hinc igitur tempestates sæuæ vndicq;
exoriuntur & ingruunt.

Rugit igitur LEO X. Romæ suis
edictis & excommunicationibus, vt
toto orbe Christiano resonarent omnia.

Episcopi ei iurati, & Scholæ ei de-
uincte, itidem iudicis, damnationibus,
execrationibus contra Lutheri doctrinam,
totum aërem Europæ complent,
Intelligebant enim, sibi non tam viuum
quàm Animam ipsam tangi, & totum
ædificium Papæ Romani in imis fun-
damentis concuti, non aliter, atq; cum
Simō ille robustissimus apprehēsis atq;
subtra-

HISTORIA CONFES.

Subtractis columnis, totum palatium conuiuatorum, euerteret. Non poterāt igitur non clamare illi Ecclesiastici conuiuatores, ex Eleémofynis Ecclesiæ pontificaliter græcisantes & helluantes, suis reeditibus in discrimen extremum adductis.

Hi igitur & politicos ad violentiam extimulant, quantum possunt, vt & ipsi doctrinæ cœlesti reflorescenti, à se nondum intellectæ, iniquiores essent, præsertim cùm non obscure animaduertent, maximarum rerum maximas mutationes esse consecuturas in vniuersa Ecclesiastica gubernatione, quæ politis etiam aliquid incommodi allaturæ fortè essent. Istis igitur flabellis moti politici gubernatores, asperitatem aliquam præ se ferunt.

Audiuntur igitur vndicq; seuera edicta, diræ minæ, & non pauci propter Euangelij Confessionem, Martyrum corona passim exornantur.

Imperator autem Rom. à Deo miraculose gubernatur, ne Papæ Rom. & alijs inflammatoribus, morem in omnibus
bus

SIONIS AVGVSTANÆ. 9

bus gereret, atq; ad extremam violentiã exercendam erga eos, qui reflorescentẽ Euangelij doctrinã amplecterentur, sese pateretur concitari. Extra controuersiam enim erat, non omnia esse pura in Papæ Ecclesia, neq; esse parui momenti, quæ reprehenderentur. Etsi igitur Episcopi ab ipso extorquent seuerissima edicta, cruento prorsus calamo scripta; tamen erga Electorem Saxonix, & cæteros ei, in huius doctrinæ professione adiunctos, mitius, & magis legitimè sibi procedendum esse existimauit.

Variæ itaq; rationes, componendi hoc tam graue dissidium tentantur.

Sed cum Pontificij cedere nollent, omnesq; suas corruptelas acerrimè ac planè mordicus retinere ac tueri pergerent: protestantes autem de veritate agnita (quæ quidem ipsius Dei erat) æternæ suæ salutis ratione, cedere non possent: ideò res paulatim progressa est tali quidem pacto, vt subinde magis magisque lux Euangelij patefieret & inclarresceret, & liberiori quasi cœlo radiaret, neq; exiguæ fierent accessiones ad

B 5

Ecclesiam

HISTORIA CONFES:

Ecclesiã Dei passim in vniuersa Germa-
nia. Tandem igitur Imperator Comis-
tia Augustę indicit, vel hanc potissimũ
ob causam, vt ibi in frequenti Procerũ
Rom. Imperij conuentu, de dissidio Re-
ligionis cognosceretur & ageretur, atq̃
adeò vt hoc negocium conficeretur, sic
ut Bononiæ Clementi Septimo Papæ
Romano, à quo coronationem consecu-
tus fuerat, sanctè receperat.

2. Occasio est, **IVSSIO** Caroli V.
Rom. Imperatoris, vt nimirum scripto
exhiberetur Confessio fidei, Latine ac
Germanicè contexta, ad eum vsum, vt
liquidò patèret, quid Lutherani, siue
Protestantes (vti tum quidem nomina-
bãtur) de singulis doctrinæ Christianæ
partibus sentirent, & periculum fieret,
an suis ipsorum verbis constringi ac
teneri faciliusq̃ cõuinci atq̃ expugnari
possent. Nam id erat plerisq̃ persuasũ,
Protestantes horrenda, monitrosa, abo-
minanda dogmata profiteri, prorsus à
verbo DEI aliena. Adducebantur &
Theologi papistici, Eccius, Cochleus,
Faber, Wimpina, & alij non pauci, qui
veluti corui ad prædã essent intēti. lamq̃

mente sua Papa Ro. certissimã victoriã
atq̃ extirpationem omnimodam istius
doctrinæ Lutheranicæ cõceperat. Cro-
citatur igitur ipse quoq̃ tantum ad cada-
uera miserorũ Lutheranorũ, atq̃ emitti-
tur eam ad rem Campegius, qui vt Le-
gatus Papæ, venationem atq̃ oppressio-
nem Lutheranorum, vt coruus hians &
ad venationẽ aptus, strennuè adiutaret.

Necessitatem itaq̃ scribendæ huius
Confessionis etiã hoc decretũ, & isthec
Iussio Imperij Ro. suppeditat. Sic scili-
cet p̃ns omnia cooperantur in bonum.
Deus enim hæc omnia pro suo benepla-
cito moderatur. Ac sanè Imperatori Ro.
gratias habemus, quòd pro sua pruden-
tia ciuili, et clemẽtia, cõfessionẽ exegit.
Toti. n. posteritati hac in parte seruiuit.
3. Occasio erat, IVSSIO aliquot Prin-
cipũ ac Ciuitatũ, quorũ corda Deus tes-
tigerat et aperuerat, vt lucẽ veritatis cœ-
lestis, Papæ Ro. præstigijs abiectis, pu-
blicè amplecteretur. Hi igitur obediens
tes summo in his terris Magistratui,
quem tum habebant, porro mandant
suis Theologis, vt in timore Domini,
proq̃ sua conscientia qua essent DEO

HISTORIA CONFES.

aliquando rationem reddituri dilucidis, planis, & rectis verbis, breuem, rotundam & neruosam præcipuorum fidei articulorum Summam, ex verbo DEI comprehendere, sibiq; exhibere, quò eam suo Magistratui poscens, in manus tradere, & deinceps ea Confessionis suæ loco, ad gloriam Dei prædicandam, intrepida conscientia uti possent.

Sic igitur Theologi non proprio arbitrio, non ambitione, non vlllo malo studio, sed eiusmodi Necessitate sibi imposita adducti, in nomine altissimi DEI, & cum ardenti imploratione auxiliij eius, gratanter & læto pectore, hoc tantum opus ordiuntur. Adest autem ille, cuius primo loco (vt debuimus) reuerenter mentionem fecimus, nempe DEVS ipse, facem cognitionis, rectitudinis et dexteritatis pectoribus, Theologicorum immittens. Breui autem tempore, vt pote in re per se plana & illustri, hæc Confessio feliciter compo-
tata atq; absoluta est.

Correctores

Correctores non tantum Lutherus, sed etiam Principes illi Christiani fuerunt, qui & ipsi suæ fidei rationem habendam esse duxerunt. Cuius enim Christiano hoc incumbit, ut certo sciat, quid de DEO, de sua æterna salute credere atque confiteri, ex mandato Dei creatoris debeat. Quam autem pie sollicitus fuerit in hac ipsa actione de Religione, in eo tam celebri conuentu, Elector Saxonæ, tot scripta ad Lutherum, & tot questiones de quibus ab ipso erudiri voluit, quorum aliquot in tomo. 5. Luth. extant, satis declarant.

4. Mandatum DEI, requirens Confessionem, seriam, grauem, rectam, planam, perspicuam, ad superiores motiuas causas accedat. Nam hanc ipsam ob causam DEVS obicit eiusmodi Necessitatem & Oportunitatem, ut eliciat Confessiones Nominis sui sanctissimi. Et hæc quidem Confessiones sunt omnium præstantissimæ, quæ tali occasione, hoc est, Necessitate inuitabili urgente fiunt. Ociosæ enim Confessiones, quæ extra certamina & pericula fiunt, minus habent vigoris atque vitæ. Memi-

HISTORIA CONFES:

Meminerant insuper pñ, sæpius in Ecclesia veteri, eiusmodi Confessiones de fide Christiana Cæsaribus oblatas esse: vtpote, Quadrati ad Hadrianum, & Aristidis ad eundẽ, Melitonis ad M. Aurelium verum, sic & Iustini, Tertuliani & aliorũ Defensiones fidei extãt. Hac igitur de causa et ipsi, ad reddendã fidei suæ rationem iuxta S. Petri præceptum, promptiores et alacriores erãt.

Quò nam autem Dominus Deus eam Confessionem voluerit dirigere, in causa finali attingendum erit. In præsentia satis sit, Impulsiuas scribendæ Confessionis istius aliquot assignasse, vt posteritas sciat fontes eius, & expendas, non temerè, nõ ambitione, aut alio quodam prauo affectu, eam Confessionem contextam & æditam esse.

CONTRARIA.

1. Pugnat igitur cum hac vera narratione: Adscribere hanc insignem fide Confessionem, ex verbo Dei productã Diabolo, vt quidem palàm facit impius ille Iurista Andreas Fabricius Leodius

dius. Verba eius hæc sunt. Confessionē
 Augustanam non tam Dei &c. quam
 Diaboli &c. malignitate in lucem pro-
 dūsse, in Harmonia Confessionis. Hanc
 autem blasphemam vocem Deus punit
 et. Diabolus enim non profitetur ver-
 bum Dei syncerè, non damnat Papam,
 aut Impios cultus.

2. Tantùm vni Philippo hanc Au-
 gustanam Confessionem assignare, vt
 faciunt Sacramentarij recentēs, ea nimis
 rum fraude, vt ipsi quoq; sub pallio Au-
 gustanæ illius Cōfessionis latitare que-
 ant, Nam ausi sunt proximis aliquot an-
 nis, præsertim cū post obitum Luthe-
 ri, ille paulò magis inciperet sese ad Sac-
 ramentarios inclinare, id quod episto-
 læ impressæ sine rubore testantur, ausi
 sunt inquã, manifestè gloriari, sese quo-
 q; Augustanæ Confessionis addictos es-
 se, eãq; intelligere, sicuti autor sese nunc
 declararet. Et inter primos, qui hoc pu-
 blicè impresso libro ausus fuit asseuera-
 re & iactare, est Iohannes à Lasco, quē
 alij secuti sunt. De notis autem rebus
 tantùm loquor, quæ excussis libris ex-
 tant, & passim leguntur. Sed

HISTORIA CONFES.

Sed primùm hoc falsum est, vnum esse authorem istius Augustanæ Confessionis. Nam Lutherus primùm digessit materiam, sicuti illi Articuli etiamnum extant, & postea vtiliter monuit de plurimis. Schnepfius indignè hanc Sacramentarium fallaciam ferens, in publico scripto testatur: plures ibi Thologos contulisse suas operas ad eam confessionem scribendam, se quoq; aliquotam fuisse partem, nec ἀσύνθετον fuisse, licèt vnus stylum in plurimis adhibuerit, vt fieri solet.

Deinde mendacium est manifestũ, quòd eo tempore Philippus in doctrina de Coena Domini à Luthero dissenserit. Imò vide effrenem fingendi & garruendi licentiam ac maliciam & Sacramentarij eius temporis, peculiarem exhibuerunt Confessionem Cæsari, potissimum hanc ob causam, quia ea ipsa Confessione, quam Philippus & cæteri contexuerant, sua dogmata improbari intelligebant. Insuper quod memorabile est, eo ipso anno, quo exhibita est Confessio hæc, Augustana, Philippus Patrum

SIONIS AVGVSTANÆ. 13

Patrum quædam dicta collegit & ædificavit, de Cœna Domini contra Sacramentarios. Item: tot Protestationes Principum, atq; adeò ipse Recessus comitiarum toto terrarum orbe testatum facit, Protestantes tum & Anabaptistas & Sacramentarios damnasse, & palàm significasse, quòd eos non tolerarent in suis regionibus & ciuitatibus. Quæ igitur tandem insania, & quænam hæc impudentia est (indigna sanè homine Christiano est) blaterare, Philippum ὁμολογησάμενον Sacramentarijs fauisse, cùm eos damnaret? Sicuti igitur Amaracus non spirat quibusuis animalibus: ita Sacramentarij sciant sese ad Augustanã Confessionem non pertinere, vt à qua in eo ipso Conuentu, & hac ipsa Confessione, & Cæsaris mandatis, ac denicq; recessu eius, difertissimè fuerint segregati, & adhuc sint, nisi mutata sententia, sine omni fuce, veritati diuinæ hac in parte sese adiunxerint.

MATERIA.

Augustanæ Confessionis Materiæ sunt: **C**onfessiones, **R**es

HISTORIA CONFES.

Res Spirituales, vt: Doctrinæ cœlestis capita maximè insignia, ex verbo Dei excerpta & desumpta, quæ quidem postea in causa formali recensenda erunt.

Sacramenta CHRISTI.

Ritus Ecclesiastici.

Potestas et gubernatio Ecclesiastica.

Prorsus igitur istæ Materię Confessionis Augustanæ, sunt Ecclesiasticę, concernentes res omnium summas, ad noticiam Dei, ad conuersionem hominũ ad Deum, ad salutem eorũ, ad consolationem pauidarum conscientiarum, ad cultũ Dei, & exercitia pietatis pertinentes. Nonnulli autem referunt materiam huius Confessionis non in scitè, ad duos illos insignes Symboli Apostolici articulos, Credo remissionem peccatorum: & Credo Ecclesiam sanctam Catholicam.

Non igitur hęc vllæ res politicę immiscentur, quæ suo foro congruenter relinquuntur.

FORMA.

Ipsum scriptum sicuti est DEO clante, concinnatum & exhibitum, est

ipsa forma Augustanæ Confessionis.
 Ut autem eius proprietates & decora
 aliquanto rectius cognoscantur & ex-
 pendantur, dilucidè quædam in hoc
 scripto, ad dispositionem & composi-
 tionem rerum amplissimarum pertinen-
 tia, visum est paucis annotare.

Articuli comprehensi in hac Con-
 fessione sunt isti.

1. De DEO in genere, quòd sit vnus
 DEVS essentia, trinus personis.
2. De peccato originis.
3. De Christo Redemptore.
4. De iustificatione.
5. De Ministerio verbi.
6. De bonis operibus.
7. De Ecclesia.
8. De Mixtura Ecclesiæ.
9. De Baptismo.
10. De Coena Domini.
11. De Confessione.
12. De Poenitentia.
13. De Vsu Sacramentorum.
14. De Ordine.
15. De ritibus Ecclesiasticis.
16. De Magistratu.

O
est



HISTORIA CONFES

17. De iudicio extremo.
18. De libero arbitrio.
19. De causa peccati.
20. De bonis operibus plenior ex-
plicatio.

21. De cultu Sanctorum.

Hic iam incipiunt articuli de
abusibus.

De utraq; specie.

De Coniugio sacerdotum.

De Missa.

De Cōfessione declaratio vberior.

De discrimine ciborum.

De votis Monachorum.

De potestate Ecclesiastica.

Hi sunt præcipui Articuli Christi-
anæ doctrinæ. Ex his igitur manifestum
efficitur, non de præbendis, non de opi-
bus acquirendis, aut dignitatibus excel-
lentia hic actum esse, sed de verbi diuini
patefacti integritate & luce. Iam plures
huius Confessionis proprietates obser-
uare utile est.

2. Ordo est: Primum recitantur
dogmatica. Deinde abusus quidam. Et
quia pleriq; Pontificiorum, præcipue
bona

bona opera, & Confessionem in conspectu habebant, ideo de eis visum fuit quædã prius breuiter posita, explicare.

3. Sunt sententiæ præcipuæ de rebus fidei, quasi Aphorismi, medullam verbi diuini continentes, graui & singulari consilio & iudicio delectæ, amputatis vndiq; subtilibus & intricatis disputationibus, vt quilibet fundamenta doctrinæ, veluti in medium theatrum nudè producta, palàm videat atq; cognoscat.

4. Antitheses habent, eo tempore, & ratione talium Antagonistarum maxime necessarias. Nam veritas diuina tradi salutariter nequit, nisi falsitas refutetur, perinde vt Sol exoriri nequit, nisi discussis atq; fugatis suo splendore tenebris. Et vbi DEVS regnat, ibi Diaboli imperium cadit. Vbi Christus habitat, ibi Fortis ille ex suo atrio cedere cogitur.

5. Expressè etiam Sacramentarij, qui tum à Protestantibus publicè discebant, & à quibus etiam ipsi Protestantes

HISTORIA CONFES

tes hac in parte vellent in æternum esse
seiuñcti, in 10. Articulo damnantur.

6. Verbum DEI fons & fundamen-
tum est omnium istorum Articulorum,
vsq; adeò, vt nihil voluerint in eo scrip-
to asseuarare Protestantes, nihil defen-
dere, nisi quod verbo DEI sit consentaneum.
Ergo Verbum DEI passim eluce-
cet, & retinetur ὑποτύπωσις τῶν ὑγυαίνόντων
λόγων iuxta Pauli præceptum.

7. Candidè & in timore Domini ver-
ritas diuina profertur, tanquàm in cons-
pectu DEI. Nihil prorsus occultatur.
Non finguntur ambidextre locutiones
Impostoribus propriæ, quales quidem
hodiè à pontificis & Sacramentariis
nonnullis et alijs præstigiatoribus mag-
na arte ad decipiendos homines incau-
tiores excogitantur & venditantur. E-
iusmodi autem Nebularũ artifices, non
erant eo tempore Confessores veritatis
diuinæ. Oratio in Confessione, id quod
omnibus patet, est simplex, plana, aper-
ta, dilucida, qualis quidem veritati con-
uenit, iuxta vetus dictum: Veritatis or-
ratio simplex est.

Latinè

8. Latine & Germanicè conscripta atq̃ exhibita est hæc Confessio, iuxta postulationem Cæsaris, vt à pluribus nationibus legi posset.

9. Ecclesiæ totius doctrinam recitat, non vnius tantum atq̃ alterius hominis, ideoq̃ sic incipit: Ecclesiæ aquæ nos magno consensu docent &c.

10. Subscripta est hæc Confessio eo tempore, non à Theologis, sed à septē Principibus & duabus Ciuitatibus, à quibus etiam exhibita est. Non enim à Theologis, sed à Magistratibus potissimum eo in loco Confessio fidei requirebatur, vtpote sub quorum Imperio & protectione, mutatio Religionis facta esset.

Huc pertinet tota historia exhibitionis, & quæ sunt subsequuta, sed perspicuitatis gratia, vt auditoribus inferuam, prius vno atq̃ altero verbo exponam, quoniam ista Confessio sit directæ, deinde eius historiam subiiciemus.



HISTORIA CONFES CONTRARIA.

Quidam calumniatur: Confessionem Augustanam esse confusum chaos mirabilium sententiarum. Sed evidentiſſima veritas eos conuincit. Nam diſtinctè & optimo ordine, res omnium grauiſſimæ exponuntur.

Esſe ſub hiſce generalibus, & ſpecificiſ ſententijs, plures errores occultatos, inquit Pontificij:

Sed candor & integritas, elucens ex hoc ſcripto, eiſmodi cauillatores egregiè refutat. Deinde expreſſè ſignificant Proteſtantes, ſeſe vberioreſ explicatiōem non detrectare, ſi quis eam deſideret.

FINIS.

Fines Auguſtanæ Confessionis præcipui fuerunt iſti.

1. Vt notum fieret, qualem doctrinam in ſpecie, & in ſingulis articulis fidei, Eccleſiæ harum regionum traderent ac profiterentur. Imperator enim hoc ipſum flagitabat. Ei itaq; hac in parte obtemperare

obtemperandum erat. Accedebat & mandatum DEI, quod Confessionem exigit. Et Paulus grauissimè inquit: Non pudet me Euangelij.

2. Vt Causæ extarent manifestæ & graues, cur Pontificis Romani religio fuerit nobis derelinquenda, nimirum, ratione veritatis cœlestis, ratione mandati diuini, & ratione salutis nostræ æternæ. Operæ precium igitur erat, Fundamenta totius Religionis veræ, quàm planissimè in medium theatrum producere, vt ab omnibus spectari & æstimari possent, 1. Pet. 3.

3. Vt luceret hæc Confessio alijs quoq; hominibus, eaq; ratione de doctrina cœlesti, ac de veris DEI cultibus commonefierent, & quasi ex alto somno, aut potius veterno expergefacti, falsa dogmata, & idolatricos cultus, dominantes in papatu, oculis apertis viderent atq; vitarent: iuxta dictum Math. 5: Luceat lux vestra. Ac sanè experientia docuit, ista commonefactione aliquot nationes ad Euangelij veritatem conuersas esse.

C § Vt

HISTORIA CONFES

4. Vt refutationis loco esset contra aduersariorum calumnias, qui affingunt veræ Ecclesiæ Christi errores tetros, vt imperiores absterreant. Atqui existat Confessione satis manifestè apparet, nihil erronei, nihil perplexi, nihil perniciosi, ab hisce nostris Ecclesijs doceri.

5. Vt omnes, propter hanc Confessionem patientes odia, probra, damnationes, carceres, tormenta, supplicia, possent statuere, sese propter nulla falsa dogmata aut cultus erroneos, aut alia malefacta, ista omnia sustinere, sed se esse testes sanæ doctrinæ & Martyrio suo DEVM glorificare.

CONTRARIA.

Criminari, hanc Confessionem esse se adornatam ad dedecorandam & turbandam Ecclesiam Christi, quam regat Papa Romanus vt Christi in his terris Vicarius, ad inuehendos errores pestiferos, ad abolendos cultus DEI, ad concitandam plebem, ad res nouas mouendas. Talis autem criminator est Leodius iurista.

Sed criminari non est refutare, Res

SIONIS AVGVSTANÆ. IS

ipsa in hac Augustana Confessione ita plana est, vt nullus inter pontificios eã hactenus verbo Dei potuerit euertere. Imò quotquot eam oppugnãt, semitip-
sos confundunt coram Deo & homini-
bus, id quod exempla Eccñ, Cochlæi,
Hoffmeisteri, et aliorũ testãtur. Nam du-
rũ est eis contra stimulũ calces iactare.

Criminari, opes pontificiæ Eccle-
siæ spectari, vt eæ prædæ ac direptioni
sint expositæ.

Sed isti criminatores manifestam
faciunt iniuriam Confessioni Augustan-
næ, quæ de salutis nostræ doctrina, de cõ-
cultibus Dei agit, id quod omnibus est
conspicuum, nisi qui velint sibi metipsis
oculos exculpere, aut soli lucenti ve-
lum obtendere.

Iam igitur reliqua exponenda sunt,
quomodo sit facta huius Cõfessionis ex-
hibitio & quæ sint postea subsequuta. Nã
istarum rerũ cognitio non erit inutilis.

Adornata per Theologos Cõfessione
Principes quorum iussione erat cõscri-
pta, eã ad se recipiunt, et lectã atq; in ti-
more Domini diligenter examinatã ap-
probant suaq;

HISTORIA CONFES.

suarū nomina proprijs manibus subscribunt. Sunt autem isti egregij & Illustris Confessores sacrosanctæ veritatis, perpetua memoria digni.

Iohannes Dux Saxonie Elector.

Georgius Marchio Brandenburgensis.

Ernestus Dux Lunæburgensis.

Philippus Landgravius Hessorum.

Iohannes Fridericus Dux Saxonie.

Franciscus Dux Lunæburgensis.

VVolfgangus Princeps ab Anhalt.

Senatus Magistratusq; Nurnbergensis.

Senatus Reutlingensis.

Theologorum nomina non sunt adiecta. Nam hi Magistratus eo tempore, quasi in prima Confessionis acie à DEO erant collocati, vt ipsorum egregia lux fidei coram toto mundo luceat. Non enim pudebat eos Euangelij, vtpote quod didicerant, esse potentiam DEI ad salutem omni credenti.

Die igitur Iohannis Baptistæ, primi in nouo Testamento Confessoris ac præconis in publico ministerio, de præsentem

præsente Christo maclando pro peccatis totius mūdi, publicè significāt Protestantes, sese DEO dante in promptu habere Confessionem fidei, ac paratos esse eam palàm prælegere, ac postea exhibere, vt hac in parte suam erga Cæsarem obedientiam declarent, & fidei suæ rationem iuxta mandatum DEI ingenuè ædant. De publica igitur lectione disputatum est, ac petit Cæsar sibi exemplaria tantum exhiberi. Verum, cum nostri grauissimas proferrent causas, quare flagitarent audiri prius recitationem: in primis, quòd Confessionem tradere vellent, quam deceret esse publicam, non occultam, nec se clam agere, sed in conspectu Dei et celebri hoc conuentu. Ea enim conditione sese vocatos à Cæsarea Maiestate, vt hoc tempore aperte, quid in religione sentiant, profiteantur: tandem permissum est, vt postridie lectio audiretur.

Erat autem dies Sabbathi, vbi celebratur memoria eius diei, quo DEUS condito hoc mundo omnibusq; creaturis absolutis, quieuit, eumq; diem ad
sacras

HISTORIA CONFES-

sacras actiones destinavit. Eo itaq; sancto die Sabbathi, hoc est, 25. Junij die, legitur publicè hæc fidei Confessio, & quidem legitur Germanicè.

Lector verò est Christianus Beyer LL. Doctor, Electoris Saxonix Consiliarius, ac legit voce sonora, clara, articulata, vt distinctè & optimè exaudiri posset etiam ab ñs, qui foris starent.

Auditores sunt Carolus V. Imperator Rom. Ferdinandus Archidux Austriæ, qui postea Rex & Imperator Rom. factus est, Electores, Principes, ac cæteri ordines Imperij Romani.

Cessabãt autem tum cõciones tam Protestantium, quàm pontificiorum ex Cæsaris inhibitione, ac tantùm legebatur à quibusdam per Cæsarem delectis textus Euangelij in suggestu absq; omni enarratione, additis saltem precibus. Iam igitur Christus tam luculenta Confessione, per Principes Germanix, loco tam illustri, conuentu tam solenni, auditoribus tam potentibus, grauissimè & nervosissimè de toto doctrinæ cœlestis corpore concionatur. Sic scilicet vna
vena

vena fonticuli diuini paululum obstru-
cta, mox mox fluuius copiosissimus in
propinquo loco erumpit, totis campis
diffluens, prataq; irrigans, lætoq; gra-
mine & floribus suauissimè olentibus
adimplens. Benedictus igitur sit Domi-
nus Deus noster in omnibus operib. suis

Lectioe porro quæ cū magna at-
tentione à cūctis audiebatur, absoluta,
D. Georgius Pontanus Electoris Saxo-
niæ Cācellarius, debita reuerētia exēpla-
ria porrigit Alexandro Schveis, vt is
Mogūtino Archiepiscopo, et hic Cæsa-
ri in manus porrigeret. Sed Cæsar præ-
ueniens, ipsemet manu extēsa exempla-
ria accepit. Significat etiam clementis-
simè per Fridericum Palatinum, sese
his de rebus deliberaturum.

Postea 28. Iun. quærit Cæsar an ve-
lint aliquid amplius exhibere in Religio-
ne Saxo & aliñ. Sed hi respondent, sese
in præsentia acquiescere suæ Confessio-
ni publicè exhibitæ.

Ea igitur facta publicatione, varia
plurimorū (vti fit) subsequuta sunt iudicia.
Nōnulli facti sūt mitiores et æquior-
es nostris, quia pontificñ Theologeis

HISTORIA CONFES

persuaserant, horrenda & prorsus à fide & ratione humana absona, à Lutheranis proferri dogmata. Equidem V Vilhelmus Bauariæ Dux post lectionem dixit, sic sibi non esse indicatum de doctrina istorum, & humaniorem se erga Saxonem deinceps gessit. Idem interrogauit Eccium, an Confessionem hanc confutare possent: cui Eccius respondit, ex verbo quidem DEI se id facere non posse, sed ex Patribus se aliquid conaturum.

Petitæ autem sunt Copiæ eius exhibitæ Confessionis à multis Principibus, ciuitatibus, peregrinis, estq; protinus transfusa in Gallicam, Italicam, Hispanicam, Anglicam, Bohemicam, Vngaricam, & alias linguas, Imò, euestigi non tantum Romam ad ipsum Papam, sed ad omnia quoq; regna Europæ transmissa est per Cæsaarem, & alios Imperij Principes. Debebat enim ea lux in candelabrum iam eo loco, non humano consilio, sed ipsius DEI benigna gubernatione posita, toti mundo lumen præbere in hoc postremo mundi seculo. Non

Nonnulli autem inter Pontificios facti sunt rabiosiores, tanta face veritatis diuinæ accensa. Intelligebant enim suas tenebras discuti, & errores ipsorum tetros in conspectum omnium mortalium summa cum ignominia produci atque exponi. Totis igitur animis, ad calumnias & atroces persecutiones sese accingunt.

Interea tamen DEVS suum opus, quod inchoauerat, in eorum cordibus efficit, quos per verbum suum vocabat. Reuera enim eo tempore ostium ad Euangelii propagationem erat à Deo apertum, quod claudi à nulla creatura, quantumvis potente, debebat,

Cæsar porro & reliqui Principes tradunt Confessionem Protestantium Theologis suæ partis, inter quos erant præcipui, Eccius, Faber, Cochlæus, VVimpina, vt reliquos, obscurioris nominis non referam, eisque mandatur, vt accurato examine habito, ostendant, quænam probanda, quæuè reñcienda sint. Hic autem animi et linguæ inter ipsos scinduntur. Nam aliqui probant

D veritatem

HISTORIA CONFES

veritatē in plerisque articulis, aliqui car-
punt & lacerant eam caninis prorsus
dentibus, ita vt nonnullos etiam ex sua
congregatione excluderent, inter quos
erat concionator Cæsareus, & quidam
alij. Faber autem præ alijs rabiosè in-
status est doctrinam Confessionis, quia
cudebat iam Episcopatum, gratifican-
do Papæ Romano & alijs nonnullis,
qua de causa etiam apud suos erat quasi
infamis.

In huius igitur & aliorum Eccle-
siasticorū voluntates et machinationes
intuens Dux Georgius Marchio Bran-
denburgensis, hoc Rhythmo ibi sæpius
solitus est uti.

Gottes Wort wer nicht zu schwer /

Wenn nur der eigen Duz nicht wer.

Interea verò dum illi Theologi su-
dant in refutatione, quatuor Ciuitates,
Argentoratum, Constantia, Memmin-
ga, Landauia, propriam exhibent Con-
fessionē, eamq; publicè in conuentu Cæs-
aris & Statuum prælegunt ac tradunt.
Causa præcipua hæc erat, quod in Cœ-
na Domini cum Cinglio sentirent, quæ
quidem

quidem sententia manifestè in Protestã-
tiũ Cõfessione improbaretur ac reñces-
retur. Hoc igitur erat insigne & illustre
testimonium, quòd Confessio Protestã-
tium, doctrinam Sacramentariorum
damnarent. Eoq; spectant multæ actio-
nes, quibus Cæsar & omnes Status pro-
bârunt, quòd Protestantes Sacramen-
tariorum doctrinam sua Confessione,
non solùm non probassent, sed etiam re-
pudiassent.

Capita autem huius Confessionis sunt.

1. Unde Conciones sint desumptæ,
nimirum ex scripturis sanctis.
2. In quo à consueta doctrina Eccle-
siasticorum sit discessum.
3. Ut sit iustificatio nostra.
4. Cui fidei iustificatio tribuatur.
5. Cui adscribenda bona opera, &
quàm sint necessaria.
6. Quid homo Christianus agere de-
beat.
7. De ieiunio & oratione.
8. De præcepto ieiunij & orationis.
9. De discrimine ciborum.
10. Quòd oratione & ieiunio nihil
mereamur.

HISTORIA CONFES.

11. De inuocatione & cultu sanctorū
12. De Monachali statu,
13. De officio, dignitate & potestate Ecclesiastica.
14. De traditionibus humanis.
15. De Ecclesia.
16. De Sacramentis.
17. De Baptismo.
18. De Sacramento corporis & sanguinis Christi.
19. De Missa.
20. De Confessione.
21. De Cantu & oratione Ecclesiasticorum.
22. De Imaginibus.
23. De Magistratu prophano.

Dum hæc geruntur, Lutherus Coburgi (vt dictum) sese continens, veluti speculator fidelis, non est cæcus ad ista omnia, neq; mutus, Sed literis de grauissimis rebus subinde docet Electorem Saxonicum, & ipsos quoq; Theologos ac monstrat eis veritatis diuinæ fundamenta, & solatur eos contra solitudinem carnis, vt testantur epistolæ quarū nonnullæ in 5. tomo Ien. extant. Mittit igitur

igitur fundamenta pulcerrima & solida
 dissima ex sacris literis depromta, quæ
 extant. Mittit positiones de Ecclesiæ
 potestate. Mittit suam confessionem
 (ex qua illa Augustana est adornata)
 ad quosdam Principes alterius partis.
 Mittit literas monitorias ad Cardina-
 lem Moguntinum, cum breui enarra-
 tione 2. Psalmi. Mittit scriptum ad
 Ecclesiasticos Augustæ congregatos,
 eaq; omnia impressa. Gubernat itaq; suos
 doctrina, consilio, & pñssimis ad-
 monitionibus. Aduersarios autem
 magna grauitate & neruositate rerum
 ac verborum monet, ne fastidiant lucē
 Euangelij hoc conuentu publicè pro-
 positam atq; oblatam, agnoscant &
 corrigant suos errores, vsq; adeò cras-
 sos, vt nulla oratione fucari queant, &
 ne contra Christum violenta ineant
 consilia. Etsi autem plerisq; aduersarijs
 hæc omnia erant ingrata, tamen pro sua
 erga DEVM pietate non vulgari, hæc
 charitatis officia non existimauit eo tē-
 pore prætermittenda esse. Nec fuit ille
 labor inanis in Domino.

HISTORIA CONFES

Comportata tandem à Pontificis
Theologis refutatione Confessionis
Protestantium, exhibetur ea Cæsari ac
Principibus, qui & prolixitatem luxu-
riantem, & immodicam atq; effrenem
infectationem ac maledicentiam, veluti
sarmenta inutilia succidenda esse iudi-
cârunt, mitiores scilicet & humanio-
res multò illis sanctis Theologis. Tan-
dem tertio Augusti, conuocato Senatu
ordinum Imperii, publicè lecta est illa
refutatio per Cæsaris Secretarium, Pos-
tremò Cæsar petit assensum sine omni
exceptione, quia ipse & reliqui Prin-
cipes eam refutationem iudicarent esse
ueram & ex verbo DEI factam. Quod
si igitur ad sese iterum accederent Pro-
testantes, promittit Cæsar gratiam pro-
lixè, sin minus, sese partes tutoris ac de-
fensoris Ecclesiæ Romanæ, nequaquam
neglecturum esse minitatur.

Protestantes autem modestè expo-
nunt vicissim, sese intelligere, quædam
in sua Confessione esse approbata, quæ-
dam verò reiecta. Se autem non-
dum videre, quomodo refutatio ex
verbo

verbo DEI facta sit, & omnino rei grauitatem postulare, vt diligenter inspecta & pensitata Refutatione, amplius sese declarent. Petere igitur summa quae decet reuerentia, vt sibi id scriptum tradatur, perinde vt & ipsi fecissent. Cæsar ad hæc respondet, se deliberare velle.

Bi duo post, hoc est 5. Augusti Cæsar significat sese eis communicaturum esse refutationem, verum his conditionibus: Ne ad eam respondeant quicumquam, neue cuiquam communicent, aut typis euulgent, Ac simpliciter absq; ulla exceptione ei suffragentur. At Protestantes ostendunt, sese tali pacto scriptum accipere non posse. Rem enim istam ad fidem, ad salutem, & conscientiam pertinere, ideo sese opus habere diligentis inspectione & examinatione eius scripti. Cæsar addit, se curaturum, vt aliquoties eis prælegatur. Sed ipsum scriptum Protestantes flagitant, & ad ea, quæ sacris literis consentanea sint, amplectenda, spontè sese offerunt. Sed non est exhibita ipsi Pontificiorum refutatio.

D 4 Augusti



HISTORIA CONFES.

6. Augusti Landgravius animadvertens, quoniam res illæ tenderent, præsertim Theologis illis, & Legato pontificis (veluti follibus) ad incendium excitandum, Cæsarem & alios Principes magno conatu concitantibus, ex improviso noctu per parvam portam ciuitatis emissus, discedit, cum quidem à meridie eius diei, omnia parasset, atq; ordinasset ad hastilem lusum, & sese in eo loco ante Cæsaris Palatium præbuisset spectandum.

Legati autem eius relictæ, postridie eam abitionem Cæsari excusant, subitam nimirum ægrotationem suæ coniugis fuisse causam istius discessus, nec moram pati potuisse, & rogare, vt habeat ipsum excusatum. Hoc igitur facto Cæsar & reliqui Pontifici, vehementer turbati sunt, ac deinceps non nihil mitigarunt suas illas actiones.

Cæsar itaq; mox ad portas dispositis militibus, ad se vocat Saxonem, rogatq; vt maneat adhuc aliquandiu, Is vero reuerenter promittit, sed vicissim petit illa præsidia ad portas præter morem collocata, removeri, id quod fit.

Hanc igitur actionem subsequuti sunt, postea aliquot tractatus & actiones cum Protestantibus. Nihil enim non tentabatur ad eos vel expugnandos, ut abiecta sua Confessione, ad Pontificiam Ecclesiam toti iterum reverterentur, vel territandos & frangendos.

Exacerbato igitur Cæsare, ac præsertim à Legato Pontificio Campegio inflammato, Principes Imperij Cæsaris impetrata venia, tractatum de religione suscipiunt. Fit igitur delectus septendecim personarum, quæ cum Protestantibus de Religione amicè conferrent, & conciliationem tentarent. Sunt autem, 2. Electores Moguntinus, & Brandenburgensis. 3. Oratores reliquorum Electorū. Georgius à Truchses, nomine domus Austriacæ. 3. Episcopi, Saltzburgensis, Spirensis, & Argentinenensis. 3. Duces, Georgius Saxo, Henricus Brunsvicensis, & Albertus Meckelburgensis. Abbas Vineæ, Comes Martinus ab Ottingen, Cancellarius Badensis, Orator Ratisponensis, & Orator Iuliacensis. Hi Electorem

D 5

Saxo



HISTORIA CONFES

Saxonix & reliquos ei coniunctos, vocant in domum Capitularem summi templi. 7. Aug.

Marchio Ioachimus initium faciens, prolixa & accurata oratione Protestantes hortatur ad concordiam, & satis liberè recitat, quàm habeat id malam speciem, quòd à Cæsare, & reliquis Statibus Imperij, totaq; Ecclesia dissentiant, & nisi iterum Cæsaris & Ecclesiæ sententiæ accesserint, ingentia mala, & bella ac vastationes subsequuturas esse, prædicit.

Protestantes autem postulato ad deliberandum spacio, biduo post respondent, ac significant, se vocatos ad comitia, vt in lenitate & pace exhiberentur confessiones fidei, ac de ñs conferretur: iam verò sibi hoc præter omnem expectationem accidere, quod minas audirent. Reliquam responsionis partem quatuor punctis complectuntur. Primum, sese nondum adhuc satis auditos iuxta literas Cæsaris, quibus vocati essent. Deinde exemplar refutationes sibi non commicatum absq; conditionibus.

ditionibus. Rem autem esse maximi momenti, ad gloriam DEI & salutem hominum spectantem. Tertiò, refutationem sese non posse bona conscientia probare, nisi prius benè perspectam & examinatam. Quartò, Spiræ communi consilio & decreto promissum esse Concilium, sed nihil hæctenus subsecutum. Tandem suadent, vt paucioribus delectis personis, id efficerent, vt de conuersis articulis vltro citroq; familiariter sententiæ conferrentur, si qua fortè conciliatio fieri posset, præsertim cum Pontifici aliquot articulos Confessionis viderentur comprobare.

Secundus itaq; tractatus instituitur per septenos. Ex Pontificis erant, Episcopus Augustanus Christophorus Dux Henricus Arunsuicensis, duo Iure cõsulti Coloniensis et Badensis. Tres Theologi, Eccius. V Vimpina, Cochlæus. Ex Protestantibus erant, Iohannes Fridericus Saxo, Georgius Marchio Brandenburgensis, Iureconsulti duo, D. Georgius Pontanus & D. Hellerus. Tres Theologi, Melanthon Brentius, Schnepfius.

Initium

HISTORIA CONFES:

Initium Colloquii fit 16. Augusti. In priori autem parte Confessionis, vtriusque de quindecim articulis concordauerunt, sed de posterioribus, vbi de abusi- bus dicitur, acrius pugnatum est, nec potuit consensus fieri. Testantur autem historiae, Philippum hic imbecillitate quadam, nimium cessisse ac largitum esse de Iurisdictione Episcoporum, de Ceremoniis, & de Poenitentia. Nam (vt Acta testantur) concessit tres esse partes Poenitentiae. Contritionem, hoc est, terrores exagnito peccato, Confessionem, in qua tamen absolutio spectanda sit, & Satisfactionem, bonos fructus poenitentiae complectentem.

Item concessum est, non dicendum Nos sola fide iustificari, sed, fide nos iustificari. Narrat Cochlaeus facetias Eckii, quod is in ea actione dixerit, hanc vocem SOLA, remittendam esse ad Calcearios, qui probe intelligant, quid teutonicè Sola sit, & sciant Sola commodè vti. Ea autem blasphemia decebat os illud impurum & obscœ- num.

Item

Item concessa est Iurisdictio & obedientia Episcopis, & vulgares Cere-
monia, sicut ipse Philippus ad Luthe-
rum scripsit, vt videre est in epistola,
quæ extat.

Eam autem largitionem Philippi
improbarunt Landgrauiani, Lunebur-
gici, & Nurnbergenses grauisimis de
causis, ex verbo DEI desumptis. Et Lu-
therus vbi rescituit, ægerrimè pro pio
et excellenti suo erga veram doctrinam
Zelo, eam nimiam concessionem con-
tra DEI verbum factam tulit, & insti-
tutione necessaria correxit.

22. Augusti de Actis istis ad Sta-
tus Imperij refertur, qui authores sunt,
vt adhuc pauciores delignantur perso-
næ, quò citius fieret conciliatio, vt ipsi
quidem sperabant.

Tertius itaq; tractatus de Confes-
sione suscipitur, ac terni vtrinq; deligun-
tur. Ex pontificijs sunt duo Iureconsul-
ti superiores, & vnus Theologus Ec-
clesiasticus. Ex Protestantibus sunt duo supe-
riores Iureconsulti, & vnus Melantho.
Mandabatur autem, vt de reliquis non-
dum

HISTORIA CONFES-

dum conciliatis articulis agerent. Et Melanthoni quidem à Protestantibus, qui nomen suum Confessioni subscripserant, iniungebatur sedulò, ne quicquam amplius de doctrine veritate cõcederet aut largiretur. Cùm autem vtrinque velitatum esset satis acriter, pontificij existimârunt iterum ad septenos collationem reducendam esse.

Verùm cùm nimis diu istæ actiones extraherentur, & satis exploratum certumque esset, Pontificios veritatis doctrinam nequaquam comprobaturos esse; quia licet interdum aliquid videretur miscere, tamẽ ad Concilij determinationem omnia referebantur, & quasi in dubio suspendebantur: Protestantes significant, de pace esse potius consultandum ac statuendum, donec legitimum Concilium cogeretur.

His ita gestis, privatae tentationes subsequuntur Cæsaris voluntate ac permissione. Cum Saxone quidem agit Palatinus, Nassovius, & Georgius Truchsesius. Adduntur etiam comminationes eum non consecuturum inaugurationem suorum

suarum regionem, nisi in gratiam Cæsaris, pontificiam doctrinam iterum amplectatur. Georgium autem Brandeburgensem tentat per Maguntinum & alios. Minæ & isti proponuntur, nisi hac in parte Cæsari pareat, fore, ut ipsi adimatur tutela nepotis ex fratre Casimiro. Lādgrauio fiunt promissiones, si a Cōfessione exhibita deficeret, fore, ut Ulricus Princeps Wirtebergenſis sit restituendus, et cōtrouersia cū Nassouio transigenda. Sed Deus, qui Martyres suę veritatis, ex immensa misericordia excitauerat, corda ipsorum per Spiritum sanctum corroborat, ut agnitam veritatem intrepide profiteantur & retineant, nec patiantur sese vel terriculam metis damnorum, vel illecebris præmiorum absterrerit. Pro hoc igitur beneficio, Deum omnes sancti laudent ac celebrēt, donec sol & luna illustrant hunc mundum imò & in æterna secula. Hic igitur est quartus de Cōfessione exhibita tractatus.

Quintum denique tractatum, ubi videtur sese rigidos istos Martyres a sua Cōfessione deſcere non posse, Cæsar adiungit tibi

HISTORIA CONFES.

sibi statibus ipsemet aggreditur. Satis autem amarè Electorem Saxonix inuadit, quòd à verbo DEI defecerit, & inobedientiam erga Cæsarem supremum suum Magistratum exerceat. Sed Elector piè & masculè respondet scripto, cuius quidem pars extat impressa, nimirum, quòd à verbo DEI non discesserit, sed seriò statuatur, doctrinam in sua ditione sonantem, esse ipsum DEI verbum, à quo citra offensionem DEI & suæ conscientix læsionem, imò citra iacturam salutis suæ æternæ, non possit discedere. Nec se vllam in obedientiam erga Cæsarem exercuisse, sed paratum esse pro ipsius authoritate et salute, non tantùm opes omnes, Verùm etiam vitam ipsam in discrimen ponere. Petit denicp, vt iuxta factas promissiones (si hoc conuentu nequeant in pace & charitate transigi negocia religionis) vniuersale, liberum, Christianum conciliũ instituat, in quo iuxta normam verbi diuini, legitimè omnia dirimantur. Hæc acta sunt 7. Septembris.

Interea

Interea dum ista fiunt, & refutatio Confessionis Ciuitatum à Pontificis Theologis comportata, prælegitur. Expetentibus autem Legatis Ciuitatum exemplar, vt ad suos mittere possent, similiter vt Protestantibus denegatur, ac simpliciter postulatur, vt refutationi absq; omni refragatione assentiantur, id quod negant sese bona conscientia præstare posse.

Electori deniq; petenti discedendi potestatem propter graues causas, Cæsar particularem recessum proponit 22. Septembris.

1. Vt ab eo tempore, vsq; ad 15. Aprilis, rem expenderent Protestantes, ac disertum sibi responsum scripto exhiberent, an velint Cæsari, Ferdinando & reliquis Statibus Imperij, in Religione consentire vel non.

2. Interea nihil noui ædant, aut moliantur.

3. Neminem ad suam Religionem inuitent.

4. Pontificis intra suam regionem, sua sacra non prohibeant, aut turbent.

E

Monas

HISTORIA CONFES

5. Monachos in audiendos Confessionibus non impediant.

6. Abbates & alios in integrum restituant.

7. Consilia conferant, quid contra Anabaptistas & Sacramentarios suscipiendum sit.

Inter alia quoque addebatur, Confessionem ipsorum esse refutatam sacrae scripturae testimonijs.

Electo autem Saxonico cum socijs respondet, se hoc non videre, quomodo Confessio sua sit expugnata sacris literis. Petitum esse exemplar refutationis, examinationis gratia, ut ostenderent, Confessionem suam tanquam veritatem diuinam adhuc immotam consistere, verum quia id sit denegatum, & tantum aliquot loca a suis inter legendum excepta & consignata, Apologiam sese collegisse, quantum quidem hoc tempore fieri potuerit, eamque sese nunc exhibere, ac petere ut perlegatur.

Caesar autem per Palatinum Fridericum Apologiam accepit, sed insurrexante Ferdinando in aurem, mox eam reddit.

Deinde

Deinde significat Elector, sese ne-
minem ad suam religionem cogere, necq;
sectas in suis regionibus tolerari. In cæ-
teris verò sese & reliquos sibi in Con-
fessione adiunctos facturos esse id, de
quo coram DEO & hominibus velint
honestam reddere rationem.

Hanc responsionē maior irritatio
subsequitur: Cæsar enim per Electorem
Brandenburgicum, sine mora exponit,
Protestantium doctrinam in Concilijs
iam olim damnatā esse, Nec se velle am-
plius disputationem admittere. Addū-
tur prætereā minæ, nisi mos Cæsari ge-
ratur, ineuendas esse rationes, quomo-
do hæ sectæ funditus extirpentur. Ex-
probatatur eis & bellum rusticum, tan-
quam ex religione ipsorum ortum.

Protestantes verò repetita sua res-
ponsione, & absterfa labe seditionis
rusticanæ, quòd ea non sit nata ex sua
doctrina, quia ipsimet eam repressissēt,
addunt, sese exacto spacio ad deliberan-
dū concessō, suā sententiā exposituros.

His igitur peractis Elector Saxo-
niæ discedit, relictis quibusdam Con-
siliarijs.

HISTORIA CONFES.

Architecti deinde refutationum, Eckius & Faber, honorarium à Statibus Imperii pro opera nauata exigunt, & consequuntur, ne videlicet sine premio discederent.

Postremò 29. Nouembris, generalis Recessus totius istius Imperialis conuentus publicè promulgatur, in quo recitantur errores, & quidem promiscuè, Sacramentariorum, Anabaptistarum & aliorum, vt ea ratione plus inuidiæ conflaretur doctrinæ Protestantium, quæ tamen nihil commune habet cum illis sectis.

Deinde etiam politicus ille Recessus, decreta religionis sancit ac profert, utpote:

Laicis tantùm vnã speciem Sacramenti porrigendam.

Missam vtrisque Canonibus celebrandum.

Infantes cum Chrismate baptizandos.

Confirmationem & vñtionem exercendam.

Imagines retinendas & colendas.

Liberum

SIONIS AVGVSTANÆ. 32

Liberum arbitrium esse aliquid.

Nihil contra Magistratus profes-
rendum.

Solam fidem iustificare, non esse
docendum.

Septem esse Sacramenta, constan-
ter tenendum.

Monachis & Præsbyteris à con-
iugio abstinendum, contractum verò
ab eis coniugium, fas esse rescindere.

Sacerdotes à concubinis debere
abstinere.

Sanctos esse inuocandos.

Nihil noui imprimendum vsq; ad
Concilium.

Coenobia & Collegia retinenda.

Spoliata vel abalienata bona Ec-
clesiasticorum, restituenda in integrum.

Doctrinam Protestantium esse se-
ditiosam, scandalosam, damnatam. Hæc
in publico Recessu extant.

Et hæctenus de his, quæ Augustæ
acciderunt, de exhibita Protestantium
Confessione. Nunc quæ subsequuta sunt,
videamus.

Anno

HISTORIA CONFES.

Anno sequente 1531. Confessio Protestantium æditur à quodam auaro typographo, sed cum multis vitis quæ scriptor ille admiserat, neq̄ locus aut typographi nomen additum erat.

Hac igitur causa adacti Vitebergenses, ex bonæ fidei exemplari, ipsimet ædunt Confessionem, sicuti Augustæ erat tradita, & quidem in Quarto.

Eodem postea anno prioribus exemplaribus auidissimè distractis, in octauo ibidem prodit aliud exemplar, quod Melanthon solus inconsultis alijs, mutare in quibusdam coepit, bonis id iniquè ferentibus. Dicebat Rorarius, se ex Luthero audiuisse, quòd ad Philippum dixerit: Philippe, liber iste non est tuus, sed Ecclesiæ, ideo non fas est tibi eum mutare.

Recessu deinde comitorum hoc anno in lucem ædito, Lutherus eam partem, quæ de Religione est, libello grauitè & neruosè adornato, publicè reprehendit, ac protestatur initiò claris

ris

ris verbis, sese non contra Cæsarem, sed contra architectos eius Edicti agere. Negat autem eam gloriationem esse veram, quòd Confessio Protestantium sit refutata Verbo DEI. Nefariè, ait, confundi errores, cum quibus nihil sit Protestantibus commune. Decretum de vna specie, asserit esse contra sanctionem CHRISTI. Missam pontificiam esse blasphemam in DEVM. Doctrinam de libero arbitrio, impiè damnari. Sola fide nos iustificari affirmat esse immotam DEI doctrinam. Mandatum contra Presbyteros Concubinarios, esse futilissimum. Inhibitionem, nequis in concione dicat, eos quærere oppressionem verbi Dei, vanam esse. Factis enim pontificiorum eam oppressionem declarari. Traditionum violationem mortis supplicio punire, esse Diabolicum. Restitutionem bonorum Ecclesiasticorum, prius à Pontificis exigendam, quàm ab alijs. Doctrinam Lutheri facturam esse progressus inuitis omnibus.

HISTORIA CONFES

Postea sequentibus aliquot annis, negotium de Concilio, sursum atq; deorsum volutatur, vt historix docent.

1537. Anno. Smalcaldix in conuentu Principum ac Theologorum Confessio sicuti est Augustæ exhibita, à celeberrimis Theologis totius Germanix relecta, subscripta & approbata est, consensionis gratia, idq; factum est de mandato Principum & Ordinũ ac ciuitatum, quæ puram Euangelij doctrinam sunt amplexæ.

Sunt autem isti.

Iohannes Bugenhagenus D. pastor Vitebergensis.

Vrbanus Regius D. Luneburgensis Superintendens.

Nicolaus Amsdorf Magdeburgensis.

Georgius Spalatinus, Aldenburgensis Superintendens.

Andreas Osiander pastor Norimbergensis.

M. Vitus Dieterich pastor ibidẽ.

Stephanus Agricola Ecclesiastes Curienſis.

Iohannes

Iohannes Draconites Marburgensis.
 Cunradus Figenbotz.
 Erhardus Schnepfius.
 Paulus Rhodius Stetinensis.
 Gerardus Oemiken Mindensis pastor.
 Brixius Northanus Sufatensis.
 Simon Schnevveis Crailsheimensis,
 Iohannes Brentius Ecclesiastes Hallens
 sis.
 Philippus Melanthon.
 Antonius Coruinus.
 Adam à Fulda.
 Iohannes Schlahinhauffen.
 M. Georgius Heltus Forchemius.
 Michaël Coelius Mansfeldensis Con
 sionator.
 Petrus Geltnerus Franckenfurdensis,
 Dionysius Melander.
 Paulus Fagius Argentinensis.
 VVendelinus Faber pastor Seburgæ
 in Mansfeldia.
 Cunradus Otingerus Phorcensis.
 Bonifacius V Volfart Augustanus.
 Iohannes Aepinus Hamburgensis.
 Iohannes Amsterdamus Bremensis.
 Iohannes Fontanus inferioris Hassiæ
 Superintendens. E 5 Fridæ

HISTORIA CONFES

Fridericus Myconius Gothanus.

Iustus Menius.

Ambrosius Blaurerus.

Anno 1540. Flagitantibus Protestantibus, iussuq; Caroli Imperatoris Colloquium de religione instituitur Wormaciæ, ubi Melanthon & Eccius deliguntur Collocutores. Materia circa quam Colloquij, est Confessio Augustæ exhibita.

In Exordio autem, Eccius obicit, variatum exemplar Confessionis Augustanæ in medium afferri atq; exhiberi, contra pacta Haganoënsia, quæ de ea Confessione loquerentur, quæ Augustæ lecta & Carolo V. tradita esset, eamq; rem sibi aliquam difficultatem afferre. Philippus respondet, rerum eandem esse sententiam, & si quædam alicubi in posteriore æditione vel mitigata, vel explicata sint. At Eccius reget, Non solum verbis, sed rebus quoq; dissidere exemplaria. Philippus autem cum sibi hæc ingrata essent, reñcit responsionem de exemplaribus ad aliud tempus, ac petit, ut modus sit harum probationum. Ibi

Ibi igitur animadverti cœpit, non rectè factum, quòd vnus homo publicæ fidei scriptum conatus esset mutare. Ac sanè quærelæ bonorum passim auditæ sunt, ac cœperunt prima illa exemplaria, respondentia ei Confessioni, que Carolo in manus porrecta est, pluris fieri. Nam Germani meritò constantiam amant.

Tandem post tertium Colloquū diem, vbi de peccato originis quædam vltro citroq; dicta essent, Cæsaris literæ cursum collationis interruperunt, ac iussi sunt Collocutores Ratisbonam ad comitia se conferre.

Anno 1541. Aliud Colloquium Ratisbonæ tentatur, Ibi verò, vt singulari calliditate elideretur Augustana Confessio, & quasi ex manibus Protestantium excuteretur, alius liber in medium est propositus, arte magna cōcinnatus, vt clàm videretur aliquid concedere, & pleraq; tamen papistica retineret, sed miris verborum in volucris.

Cùm autem Protestantes animaduerterēt, quid insidiarū in perplexitate verborum

HISTORIA CONFES

verborum latitaret, de aliquot locis scriptam suam sententiam tradiderunt, quam quidem rem molestissimè tulerunt Pontifici, licet etiam ipsi à libro abhorrent.

Tandem Protestantes clarè significavit, sese in Confessione Augustæ exhibita, persistere. Diuina igitur gubernatione hinc quasi ex tenebris Augustana Confessio iterum producitur. Legatus autem pontificius reprehendens concessiones Theologorum pontificiorum, contendit totam causam ad Papam Rom. esse reuocandam. Cæsar itaq; abrupto Colloquio, ad Concilium hæc omnia transferenda esse, pronuntiat.

Anno 1546. Ratisbonæ rursum voluntate Cæsaris Colloquium instituitur, atq; Confessio Augustana iterum in medium statuitur, examinanda à pontificiis. Sed Maluenda initium faciens ab articulo Iustificationis, non ostendit quid in Confessione reprehendat.

Cum autem silentium postularetur
vt neus

vt neutra pars ad suos referret quicquam de eo Colloquio, nisi prius exhibitis omnibus Cæsari, vt is in comitijs postea ad alios referret, Saxonix Elector suos Theologos reuocat. Reliqui etiam Theologi domum se conferunt.

Adornabatur etiam à Cæsare contra Electorem Saxonix ingens expeditio, quæ licet dissimularetur, tamen subinde magis magisque erumpebat, quæ quidem potissima causa erat reuocandi Theologos.

1548. Anno, Capto Electore Saxonico Iohanne Friderico, Martyre Iesu Christi, æterna memoria dignissimo, victor Carolus V. à pontificis exstimulatus atque irritatus, vna litura sperat se Confessionem, Augustæ sibi exhibitam, deleturum esse, ac proponit alium librum, interim acceptandum & obseruandum, donec Concilio causa Religionis definiretur, vnde & INTERIM vulgò cognominatus est iste liber. Addebantur quoque victoriosi Cæsaris minæ, si quis contra musitaret. Manifestè quoque præ se fert Cæsar, sese non

HISTORIA CONFES-

non posse neq̄ velle mentionem Augustanæ Confessionis amplius fieri.

Hic igitur trepidabant columnę Ecclesię Christi, ac varijs modis tentabatur defectio ad Interim. Dux & auriga Israël erat ex hac vita ablatus. Confingebant autem tum politici, tum Theologi, cothurnos & conciliationes mirabiles cum INTERIM. Multi multa largiebantur. In ista igitur horribili perturbatione rerum, Adiaphoristicę actiones natę sunt, de quibus extant publicę disputationes & actiones. Pene igitur quasi sepeliebatur Augustana Confessio eo tempore, propter iratum & triumphantem Cæsarem.

Puillus autem quidam grex, ex Magdeburgo Saxonię ciuitate ad Alsbim sita, in ipsa etiam eius vr̄bis obsidione, quibusdam æditis libellis vociferabatur publicę. Non esse quicquam in religione hoc tempore, vbi quæreretur defectio ab agnita veritate, & quidem vbi casus Confessionis obiectus esset, cedendum, nullas tentandas conciliationes cum pontificijs, et tantum in Confessione

Confessione Augustana & doctrina diuinitus patefacta per Lutherum, constanter & fortiter esse persistendum, non habita ratione corporalium periculorum aut damnorum,

Hac voce sonante, aliqui pñ exuscitabantur, qui in magna imbecillitate, DEO regente, Confessionis integritatem retinebant, & ardentem ad Deum preces fundebant. Manebat igitur Confessio Augustana apud pios, sed tamen (vt sit) metu vehementer percussos. Nam summi Theologi non faciebant eius amplius mentionem.

1551. Anno, Cum ad visitandum Tridentinum Concilium, mandato Cæsaris vrgerentur Protestantes, inibidit deliberatio passim in Ecclesijs, conuenientibus pijs, qualis nam fidei Confessio esset exhibenda: Quia autem Cæsar non posset mentionē Augustanæ Cōfessionis tolerare, idēo noua Confessio à Melanthonē adornatur, quæ postea Cōfessionis Saxoniarum Ecclesiarum titulum præ se tulit.

Hic iterū Augustana Cōfessio non nihil quasi seponitur, licet significarent

HISTORIA CONFES

nonnulli, repetitionem illam clariorem
& neruosiore[m] esse priori Augustana,
& eandem doctrinam retineri, tantum
priorem libellum ad tempus seponi.

Sed p[ri]m[us] Theologi, & politici non
nulli (ui tamen minus poterant) cense
bant Augustanam Confessionem potius
us proferendam atq[ue] in ea consistendum
esse hanc ipsa[m] ob causa[m], vt innotesceret
omnibus bonis ad omnem aeternitatem
constantia recte sentientium, & compo
positam esse hanc Augustanam Confes
sionem a pluribus, exhibitam esse ab Il
lustrissimis Imperij Romani principib[us]
bus, & quidem in celeberrimo Imperij
conuentu. In proba quoq[ue] & acri exa
minatione, eam perstitisse immotam,
contra omnes cauillationes. Facilius
animos hominum, varie haecenus per
Adiaporisticas molitiones turbatos &
distractos, in veteri illa & toties exami
nata Confessione, iterum coalescere
posse. Futuram etiam hanc constanti
am in vna Confessione gloriosam Deo,
qui pericula omnia pro sua clementia
& omnipotentia, mirabiliter discussu

rus

rus esset. Repetitionem verò illam nondum Ecclesiæ DEI tam notam esse, neq̃ examinationes sustinuisse, vt priorem confessionem.

Sed Repetitio illa non est exhibitæ Concilio, & paulatim cœpit Augustana Confessio iterum ex tenebris emergere atq̃ illucescere.

1560. Anno. Prod̃t in publicum collectio quorundam libellorum, sub titulo Corporis doctrinæ Philippi, consilio typographi Vogelini, vt ipse in quodam scripto recitat. Ibi varium exemplar Confessionis Augustanæ insertum est, cui non conuenit præfatio ad Lectores, quia ea ait, exemplari bonæ fidei esse æditam hanc Confessionem, quæ ibi proferatur, & quidē sicuti Augustæ exhibita sit. Eiusmodi verò exemplar, quale ibi insertum erat, non erat Augustæ traditum. Deinde neq̃ altera ad Cæsarem præfatio, istæ Confessioni conuenire poterat, propter eandem rationem, quia hæc Confessio in plurimis non respondet ei, quæ Imperatori Romano in manus tradita est.

F

est.

HISTORIA CONFES

est. Hoc igitur facto reprehensi euulgatores, postea duas Confessiones, vetustiore, & vnam hanc variatam, simul curauerunt in corpore illo inprimi, quæ quidem re magis offenderunt Ecclesiã, vt quæ tantum vnicam nõrit & habeat Confessionem Augustæ exhibitam. Ac data est pontificis maior insectandi occasio, quia ex vna Confessione Augustana geminas faceremus, præsertim cum verbis ac rebus discrepent, id quod nemo hominum sano iudicio præditus, inficiari poterit:

1561. Naumburgi ad Salam multi Principes conueniunt, adductis scilicet cum Theologis quibusdam, inter quos etiam erat David Chytræus & Iohannes Stoffelius: Primum quidem, vt respetant Augustanam Confessionem, ac plures ei subscribant propter communem consensum. Occasio autem eius rei erat, quia passim hoc eis occinebatur, quod multi à Confessione Augustana discessissent, & exemplar primum, vti

vti exhibitum est Augustæ Carolo V. in pluribus esset mutatum. Deinde etiam vt de Concilio pontificio, aliquid communibus suffragiis statueretur.

Quod igitur ad caput negotij attinet, initiò politici existimant, et vetustissimū exemplar, & postea variata exemplaria, in primis ea quæ 40, & 42. edita sunt, pari authoritate & honore habenda & confirmanda esse. Sed Theologi, & quidam politici melius sentientes, grauisimis rationibus ostenderunt rectius, tutius, & commodius fore, si tantum retineatur antiquissimum exemplar Anno 1531. in quarto excusum, quod ex bonæ fidei exemplari prolatum, totiq; Ecclesiæ Christi communicatum ac traditum sit, tanquam commune depositum.

Rationes afferuntur istæ, quia vnum tantum exemplar sit Imperatori Romano exhibitum, non plura. Et cum Germani propter constantiam & ingenuitatē semper fuerunt celebres, in eadē

HISTORIA CONFES

Confessione subsistendum esse. Quod si variata exemplaria, communem Augustanæ Confessionis honorem subiret exprobari posse Germanis inconstantiam in religione. Nam res manifesta est, variata illa exemplaria, Augustæ non fuisse Anno 1530. neque Carolo V. oblata, nec ibi lecta, neque confutata à pontificis esse. Fore præterea eam rem summo probro Confessoribus primis, quorum plerique in primæ illius Confessionis laude & fide, ex hac vita discessissent, si iam à posteris alia Confessio Augustana, sub nomine istius primæ substituatur ac venditetur. Honoris itaque illorum excellentium Martyrum esse rationem habendam. Variata illa exemplaria esse unius viri, qui, quoties ædita est Confessio post primum illud exemplar, cuius supra mentio facta est, toties in aliquibus mutationem fecit, ita ut posteriora exemplaria omnia discrepent. Nec esse hæc variationes omnes, unquam solenni aliqua Synodo approbatas, sed sæpius improbatas à multis patris, & ab ipso quoque Luthero. Nec sciri

sciri posse, quodnam exemplar inter ea, quæ sunt variata, autenticissimum haberi debeat. Versari enim ea passim in manibus hominum. Nec tantum Verba, sed res quoque variatas, & quidem pugnantes quoque inter se esse, eamque rem difficultatem obijcere summam. Motas esse controversias & disputationes, propter INTERIM Cæsareum, & multorum piorum corda vehementer offensa esse, quia defectionis species aliqua emerferit. Ita potius recolligendos esse pios, & reuocandos ad veterem illam, veram, germanam, ac propriam fidei Confessionem, quam adhuc omnes boni merito faciunt maximi, quam ad variata illa exemplaria cogendos, de quorum insertis verbis ac rebus ingentes adhuc possent exoriri contentiones.

Quod verò quædam fusius & explicatius in variatis exemplaribus dicta putarentur, ea non esse tanti ponderis, ut aboleant veterem & veram Augustanam Confessionem, idque propter hanc rationem evidentissimam, quia in

HISTORIA CONFES.

veteri exemplari nullus insit error. Nihil igitur opus esse tali mutatione. Deinde & hoc additum est, posse copiosiores declarationes extra hanc fidei Confessionem proferri, minori incommodo & maiori fructu.

Hisce igitur causis moti, veterem & veram illam Augustanam Confessionem, pro autentica retinendam esse censuerunt.

Deinde verò de subscriptione communi actum est, & quidem de manifesta corruptelarum damnatione, quæ post exhibitam Augustæ Confessionem, intra annos 30. in agro Domini vt Zizania suppullulassent. Verùm cum adessent, qui in suis ditionibus doctrinam Sacramentarium fouerent, quæ quidem in Augustana Confessione, articulo decimo disertè est improbata, & aliæ nonnullæ corruptelæ non taxarentur apertè, non potuerunt hac in parte politici concordare, ac maluerunt aliqui discedere, quàm in promiscuam subscriptionem, quæ sine aperta errorum quorundam

rundam præter Confessionem Augustanam introductorum, reiectione fieret, consentire.

Eius quoq; rei causæ à Theologis ibi congregatis, ex thesauris veræ pietatis sunt collectæ, Et David quidem Chytræus postea typis ædedit, quæ ibi pro suo Principe et alijs nonnullis consignârat. Propositionem hanc ponit. Non esse promiscuè subscribendam Confessionem Augustanam cum ijs, qui suspecti sunt de erroribus, aut qui in nastiva sententia Articulorum Confessionis Augustanæ, nobiscum non conveniant.

Fundamenta eius rei sunt,

I. Mandatum Maiestatis diuinæ. 2. Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iusticiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ enim conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cū infideli. Itē: Propterea exite de medio eorū & separamini, dicit Dominus.

HISTORIA CONFES.

Gal. 1. Si quis aliud Euangelium docuerit, Anathema sit.

2. Iohan. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis.

Pfalm 26. Non sedi cum viris vanis; & cum dolosis non conuersabor. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo.

2. Par. 19. Pius Iosaphat, eò quòd cum impio Achab foedus iunxerat, à propheta Iehu his verbis reprehenditur: Nunquid tu diligis eos, qui me oderunt?

2. Promiscua talis subscriptio, pugnat cum recta & Christiana confessione. Quia Christiana Confessio id requirit, vt erroribus ingruentibus, plana & ingenua Confessione contradicatur. Id vero hìc non fit.

3. Quia pleræq; sectæ hodiè cupiunt sub pallio Augustanæ Confessionis latitare, vt Sacramentarj, Calvinistæ, Osiãdristæ, Antinomi, Noui doctores operum. Iam verò ista promiscua subscriptio,

scriptione, absq̄ manifesta reiectione istorum errorum, omnes istæ sectæ vel comprobationem, vel defensionem nanciscerentur.

4. Quia sicut pastor fidelis non tantum debet recta docere, sed etiam falsa refutare iuxta præceptum Titum 1. Ita etiam Confessio non tantum debet in genere probare recta, sed simul quoque seductores & falsa dogmata detegere atq̄ reñcere. Eiusmodi autem Confessio, promiscua subscriptione prorsus tolleretur.

5. Eiusmodi promiscua subscriptio que in genere tantum errores reñcerentur, posset fieri cum Papistis & Iudeis, sed honori DEI & Ecclesiæ veræ id nequaquam profuturum esset.

6. Eiusmodi fucosæ concordix, & ambigux Conciliationes, vbi generali formulæ in diuerso & discordante sensu subscribitur, omnibus ætatibus maxima dāna attulerunt Ecclesijs Christi, vt vel Arrianorū historia satis superq̄ testatur, vbi generalibus Confessionibus orthodoxi & Arriani pacis gratia

HISTORIA CONFES

Subscripserunt. Postea verò Ariani eo
prætextu suum virus fortius disseminârunt,
& Orthodoxos euerterunt.

7. Turbatis conscientijs ex tot con-
trouersijs in Ecclesia exortis, eiusmodi
promiscua subscriptio, plus oberit quã
proderit, quia pñ ignorabunt in ea oc-
cultatione errorum, quæ sententia sit
vera, eaq; de ea apud DEVM contra
tales confusiones querentur.

8. Tali promiscua subscriptione, atq;
diserta errorũ reiectione, exprobratio
illa amarulentissima pontificiorum de
inconstantia Protestantium, non tolle-
tur, sed augebitur potius, & in Conci-
lio vel Colloquio cum pontificijs, ma-
gis exaggerabunt eam Confusionem
doctrinarum.

9. Pugnat eiusmodi promiscua sub-
scriptio cum præcepto DEI, non dabis
falsum testimonium. Nam in ea præfas-
tione dicunt, nullos prorsus errores, nul-
las dissensiones esse inter Status Augu-
stanæ Confessioni addictos, id quod
euidencia rei arguit esse falsum.

Iohannes

Iohannes Fridericus secundus, Saxonix Dux, maluit discedere ex eo consuetu, quàm suam conscientiam hac in parte contaminare, ac sunt hac de re eo tempore istæ rationes consignatæ.

1. Quia præfatio (quæ ibi composita erat) nimis arroganter gloriaretur, nullam prorsus ab Augustana Confessione ad hostes inclinationem factam esse, idè contra manifestam experientiam.

2. Constat aliquot in eo coetu, Cinglianismo aut Calvinismo addictos esse.

3. Quia non prius esset facta collatio de Corruptelis, & omnia nunc inuoluerentur *αμυσία*.

4. Quia contra leges Confessiones, nulla admittatur Negatiua, vt in Augustana Confessione.

5. Quia in hac promiscua subscriptione, amitteretur natiua Augustanæ Confessionis sententia, quia vellet eam quilibet pro se interpretari.

6. Quia patroni sectarum eo pacto tolerarentur, contra DEI mandatum de fugienda coniunctione dissidentium à vera religione, Psal. 1. 26, 2. Corint. 6.

Pñs

HISTORIA CONFES,

7. Pñs pastoribus ea ratione potestas taxandi corruptelas in posterum eriperetur, contra præceptum DEI Titum I.

8. Confessio Augustana apud pontificios ludibrio magis exponetur, quia nullius sectæ in specie mentio fit, quas ipsi tamen non ignorant.

9. Smalcaldici articuli tacitè reñciuntur, quorum quidem in præfatione nolunt fieri mentionem.

Harum rationum commemoratio non est ingrata, neq̄ inutilis bonis mentibus.

Hoc igitur modo, & hîc Augustana Confessio euasit, ita vt vetus illud exemplar non variatum, iudicaretur omnium iustissimè, rectissimè & utilissimè in Ecclesia Christi conseruari, reliquis, à priuato homine priuatoq̄ arbitrio variatis, prætermisissis.

1569. in Aldenburgico Colloquio, rursus de Augustana Confessione mota est disceptatio. Nã conabantur nonnulli quædam fulcra suarum corruptelarum, ex variatis exemplaribus

bus petere. Necessitas igitur cogebat alteram partem disertè exponere, quòd nullam agnoscerent Confessionem nisi vnam, nempe illam veterem, qualis ea quidem Anno Christi 1530. in comitijs Carolo V. totiq; Imperio esset exhibita.

Rationes prolatae sunt istae.

1. Quia vetus illa Confessio fidei, non per vnum, sed per plures est adorata, Luthero regente operas, vtpote non magno locorum interuallo inde remoto.

2. Quia iussu Principum est scripta Theologi enim tantum fuerunt scribe.

3. Quia Principes & Ciuitates sibi eam Confessionem arrogarunt, & non Theologi. Nam Principes & duae Ciuitates tantum sese subscripserunt.

4. Quia in nomine Protestantium ea Confessio est exhibita, atq; inde nomen accepit, non ab vno viro.

5. Quia ea Confessio tot modis transiit in potestatem aliorum, nempe exhibitorum & totius Ecclesiae Protestantium vti vocantur. Nō igitur priuata est

HISTORIA CONFES.

priuata est, neq̄ priuatus in eam potesta-
tem amplius habet, perinde vt si quis
Cancellarius composuisset nomine alius
cuius regionis scriptum, idēq̄ à regione
acceptum, consignatum & oblatum es-
set alius, tum non amplius Cancellarij
scriptum, sed regionis potius censetur.

6. Quia hanc solam & vnicam Confes-
sionem accepit Romanus Cæsar in
manus suas, & non aliam, quia nulla al-
ia ei exhibita est.

7. Quia hæc sola & vnica, à pontifi-
cjs Theologis refutata est, et ad eius de-
fensionē scripta est Apologia à nostris.

8. Quia Ecclesia Christi passim, ve-
terem illam & propriam, sicuti exhibi-
ta est, pro autentica habet. Quomodo
igitur variatæ Confessiones sub eodem
titulo ei possunt esse pares?

9. Quia recentiores omnes, quæ va-
riatæ sunt, ab vno duntaxat homine
mutata sunt. At Confessio illa vetus,
nunc est cōmune totius Ecclesiæ Chris-
ti scriptum.

10. Quia non opus habet vetus Cōfes-
sio correctione, nā etiā hostes falsi sunt
verbo Dei se eam labefactare non posse.

II. Quia Additiones potuissent peculiari scripto, non mutata prima, nativa, ac propria Confessione Augustana, exponi.

12. Quia Lutherus etiam hanc tam crebram mutationem Augustanæ Confessionis reprehendit, ac dixit, librum eū factum esse communē Ecclesię Christi, id quod rei veritatis erat, ideò nō fas esse, eū ab vno mutari privato consilio.

Mentiuntur igitur splendide, et decipiunt imperitos, qui nugantur, approbante Luthero factam esse mutationem Augustanæ Confessionis. Nam illi architecti mendaciorū, non possunt manifestè suas nugas probare. Deinde non habuit in more Lutherus, vt vel ipse libros suos tam crebrò mutaret, vel alijs suaderet tā crebras mutationes. Nam res certa, manifesta, & publica est, toties vnū Philippum mutasse Confessionem hanc non suam, sed Ecclesię, quoties recusa est. Hęc notoria nemo potest negare vel probare.

13. Quia variata exemplaria non sunt in Synodo celebri approbata præsertim cum



HISTORIA CONFES.

cùm id fieri nequeat, nisi veteri abolita præsertim si sub eodem titulo venditari deberent, aliàs sese mutuò damnarēt.

14. Quia à Principibus & Statibus qui priorem Confessionem obtulerunt, tot variata exemplaria non sunt approbata.

15. Quia in Naumburgensi conuentu, veteri exemplari, ritè omnibus consideratis, decreuerant subscribere Principes ibi congregati, priori consilio repudiato, de vtrisque, veteri nimirum & recentiori aliquo, comprobandis.

16. Quia variata exemplaria nondum sunt examinata à pontificis & patris, vt primum ac verum exemplar, imò Sacramentarij, Antinomi, & alij, irrepunt in ipsas variatas Confessiones, & sub illis pallijs sua venena spargunt.

17. Quia Pontifici exprobrant nostris inconstantionem Religionis, propter variata exemplaria, idcirco fit cum dedecore nominis diuini.

Quia

SIONIS AVGVSTANÆ. †

18. Quia hæc variatio & mutatio, scandalum obicit infirmioribus, vt dubitare incipiant de veritate diuina.

19. Quia hæc res gignit materias rixarum in Ecclesia DEI.

20. Quia variata exemplaria, mutulant primam & propriam Augustanam Confessionem, vt in Articulo decimo de Coena, expungunt hæc verba contra Sacramentarios posita; Improbant seculus docentes.

21. Quia expungunt verba luculenta in articulo de libero arbitrio, vbi dicitur: Spiritus sanctus fidem efficit, vbi et quando visum est DEO in his, qui audiunt Euangelium. Et substituunt verba perplexa, quæ Pelagianis recentibus seruire queant.

22. Quia in veteri Confessione, piorum conscientia facilius acquiescunt, Nam Augustæ scripta, exhibita, lecta, examinata est. Variata autem exempla

G

ria

HISTORIA CONFES.

ria non simul ibi fuerunt, sed extra eum locum, & extra eam actionem postea natae sunt.

23 Quia vetus Confessio magis Lutherisat, Nam ex eius Articulis, quos praescripsit, composita est. Variata autem exemplaria, magis sapiunt alia, quam Lutheri dogmata.

24. Praefatio vetus, quae testatur copiam Confessionis aedi, sicuti ea Augustae est tradita Imperatori, et quidem ex bonae fidei exemplari, non potest apte quadrare variatis exemplaribus. Itaque praefatio pugnat cum reliquo corpore variatarum Confessionum. Ac mirum est, eiusmodi dissonantias non animaduerti.

Post hanc igitur collisionem, hactenus coepit vera, germana, propria Confessio Augustana pluris fieri.

Porro in praesentia non conferam necque exponam singula, sed exempli gratia tantum haec pauca indico, in quibus rerum mutatio ingens facta est.

Articulo, quarto & quinto Evangelii definitio Antinomica mutatis exemplaribus inserta est, quod arguat
peccata

peccata, quæ quidem definitio in veteri exemplari non est.

In quinto, in gratiam Synergistarum expuncta est sententia: Nam per verbum & Sacramenta, tanquam per instrumenta donatur Spiritus sanctus, qui quidē efficit, vbi & quando visum est DEO, in hīs qui audiunt Euangeliū: & substituta est phrasis illa bis, S I M V L audientibus Euangelium & cogitantibus &c. dari Spiritum sanctum.

In Apologia vbi dicitur, das wirck^{ts} et ~~WILL~~ ~~WILL~~ ~~WILL~~ der Heilige Geist/expuncta est vox ~~WILL~~ ~~WILL~~ ~~WILL~~, & aliò translata, das der freye Wille vnd Vernunft / in Geistlichen sachen ~~WILL~~ ~~WILL~~ ~~WILL~~ nichts vermag. Hæc subueniunt Synergistis.

In 6. Articulo ad hanc sententiam, quod necessario debeat iustitia bonorū operum sequi, additur, sicut et Christus præcepit, si vis in vitam ingredi, serua mandata. Hæc Pseudoapostolis seu Majoristis profunt, vtcunq; postea declarantur.

Item expungitur ex latino dictum Ambrosij valde illustre, & aliò collocatur.

HISTORIA CONFES³

In 10. articulo delentur hæc verba:
& improbamus secus docentes, idc̄q̄ fit
in gratiam Sacramentariorum.

Sed omitto reliqua, à veteri exem-
plari discrepantia, quia valde multa
sunt. Hæc autem annoto, vt saltem
in quibusdam locis attentus & pius
lector videat, non tantum verba, sed
etiam res ipsas esse mutatas.

Nec in præsentia dicam, quomodo
in Apologia factæ sint mutationes: ex-
puncta vox SOLA, & alia nonnulla
variata.

Veritatis igitur diuinæ testimonia
nos cogunt, in primo & antiquissimo
Exemplari, firmiter subsistere.

Anno 1570. æditum est Norinber-
gæ germanicum exemplar Confessio-
nis Augustanæ ex vetustissimo exem-
plari, hanc ipsam ob causam, vt posteritas
Ecclesiæ DEI sciret, quænam sit
genuina & vera Confessio Augustæ
exhibita, & variata exemplaria discer-
nerentur. Posteâ

Posteà & Elector Brandenburgicus Iohannes Georgius, anno 1552. redidit exemplar Confessionis Augustanæ Germanicum, quod ex Cancellaria Moguntina Archiepiscopi tanquã Primatis Germaniæ & Imperii Cancellarii consecutus est, suoq; corpori doctrinæ ad æternam rei & Confessionis memoriam, inseruit atq; proposuit. Hinc igitur apparet consilium Ecclesiarum, quæ primum & antiquissimum exemplar Confessionis Augustanæ, volunt posteritati pro norma tradi, non variata illa exemplaria, idq; Christiano prorsus & laudabili exemplo.

Postremò & hoc monendum censui, pontificos singulari studio occultasse suam illam refutationem Augustæ prælectam. Nam suæ ipsius causæ, propria icti conscientia, confidere non potuerunt. Cochlæus quidem in sua malè consuta historia indicat, sese habuisse in animo, quòd voluerit typis euulgare Nornbergæ mox à comitibus Augustanæ

HISTORIA CONFES

nis, verum profectioe sua se impeditum fuisse. Cur autem postea dum vixit non emisit in lucem? Imò foetum in tenebris natum, æternis tenebris deuouerant pontificij, vtpote indignam vita & luce.

Non tamen cessarunt alij Pontificij inuasores & vellicatores Augustanæ Confessionis. Nam triennio post exhibitionem illam celebrem Augustæ factam, Virnesius Canariensis Episcopus, stylum contra Confessionem illam Protestantium acuit, & eam lacera re atq; delere quantis potest viribus conatur.

Coehläus quoq; suam ipsius censuram, contra eam profert, ne videatur Eckio & Fabro posterior.

Et Iohannes à Deuentria, laudem ingenij in oppugnanda Confessione illa captat.

Iohannes insuper Hoffmeister, eadem ambitione instigatus, contra eandem iusurgit.

Tandem

Tandem Theologis defatigatis
 & arma pronicientibus, ex Iuristarum
 cohorte, ante aciem pontificiam cristatus
 & galeatus procedit ingenes quibus-
 dem Goliath, ira totus tumens & æstus-
 ans, & vtrisque buccis blasphemias horri-
 biles euomens, Andreas Fabricius
 Leodius nomine, qui se Theologis sus-
 perciliosè anteponens, primùm hoc
 audax facinus aggreditur, ipsamque Ec-
 clesiam Refutationem, quam Cæsar
 Carolus Quintus nolebat Protestan-
 tibus communicare, & quam se vi-
 uo nolebat in vulgus, aut in manus
 hominum venire, typis excudicurat,
 & quidem ut gloriatur ex Prototy-
 po, id quod tamen nulla ratione
 probat, nec significat, quomodo in
 Cancellariam Caroli irreperit, & quo-
 modo inde abstulerit, & qui sint testes,
 quod illud ipsum sit Prototypon,
 & quod non punica, sed bona fidei
 ediderit, non enim satis est, Iuristam hæc
 de rebus fidei asseuerare. Glossis quoque
 rabulæ potius mordaci quàm viro

HISTORIA CONFES.

Iurium perito conuenientibus, suum illud
lum foetum, è tenebris orci post tot annos,
& contra voluntatem Caroli V. dedecorauit magis quàm ornauit, ita vt non sit dubium, ipsos pontificios partem ei præmij, quod vnicè quærit iste famelicus & hians coruus daturus esse. Nam sua futilitate, ineptitate, & maledicentia, totam Pontificiorum causam, effecit deteriore & turpiorem.

Facta est autè hæc publicatio Anno Domini 1573. hoc est, 43. annos post exhibitionem quæ Augustæ facta est. Tã longo enim tempore foetus ille in vtero tenebrarum gestatus est, iamq; non à Theologo, sed à Iurista facta scilicet sectione, veluti posthumus statuitur in lucem, non aliter atq; INTERIM illud nonnulli Iuristæ commendare, & conformitatem ceremoniarum cum pontificis, vrgere ac laudare moliebantur. Nam nondum illa ex omnium hominum memoria deleta sunt.

Habemus igitur nunc post tam longum tempus, Eckianam refutationem.
Sed

Sed quia malè confarcinata erat, & valde debilis apparebat, si sola in medium theatri collocata fuisset, ideò Iurista adiecit non solùm suam prætorianam sententiam, eamq; in primo ordine locavit vt diximus. Sed etiam Cochlæi, Virnesij, Dauentriensis, & Hoffmeisteri nãmias adiecit, vt ea ratione densiorem puluerem excitaret, & longius abduceret lectores à textu Confessionis Augustanæ. Sed eiusmodi pulueres & paleæ iuxta primum Psalmum, veritatis diuinæ flatu facilimè dissipantur, id quod res ipsa ostendit.

Hæc recensenda putauimus, primum vt historica iuuentuti nota essent, deinde vt iudicia discentium de communi nostra Confessione Augustana, quæ censetur esse Norma doctrinæ nostræ post sacras literas, rectè informarentur. Nam summum dedecus, imò impietas est, eiusmodi publicas Normas vel ignorare, vel futiliter citra veram cognitionem de eis garrere. Ac

G 5

deniq;

HISTORIA

denique vt omnes timentes Dominum,
 & precibus & Confessione, hanc ver-
 ram, firmam & constantem Normam
 doctrinae Christianae tueri, atque ad
 posteritatem, saluam & in-
 corruptam transmitti
 tere studeant.

DEO sit laus, & gloria.


σφάλματα quaedam Typographica
 sic corrigito.


Pagi.	Verf.	pro.	scribe.
2. b	10.	Urbanus	Urbanus
4. b	12.	&	est
10. a	9.	strenue	strenue
11. b	7.	Defensiones	Defensiones
13. b	18.	remissionem	remissionem
17. b	4.	imperiores	imperiores
18. a	4.	semetiplos	semetiplos
20. b	19.	stigio non	stigio non
25. a	24.	existimauit	existimauit
Ibi. b	17.	si igitur	si igitur
24. a	26.	iphi	iphi
25. b	26.	tionis	tionis
26. a	19.	Arunsuicensis	Brunsuicensis
27. b	.1	articulis	articulis


Pag.	Verf.	pro	scribe
27. a	1.	regionem	regionum
29. b	1.	audiendos	audiendis
	15.	cationis	tationis
30. a	12.	brandum	brandam
31. a	.	iustificare	iustificare
33. b	27.	probationum	probrationum
35. b	2.	næ	stanæ
36. a	18.	bidit	cidit
	22.	idoo	ideo
ibi. b	6.	nulliq(nulliq(
37. b	16.	quot	quos
38. a	25.	fuerunt	fuerint
41. a	15.	qua	qua
ibid.	17.	Ecclesia	Ecclesiæ
ibi. b	9.	ea	re
52. a	25.	coniunctione	coniunctione
43. a	14.	fensionam	fensionem
	22.	mutata	mutatæ
44. b	6.	exmplaria	exemplaria
ibid,	22.	inconstantionē	inconstantiam


fol.	Ver.	pro	fol.
172	172	regionum	172
173	173	audientes	173
174	174	canonis	174
175	175	brandam	175
176	176	instituta	176
177	177	probationum	177
178	178	ne	178
179	179	bidit	179
180	180	ideo	180
181	181	nullid	181
182	182	quor	182
183	183	lucunt	183
184	184	qua	184
185	185	beckia	185
186	186	et	186
187	187	conjunctione	187
188	188	rationem	188
189	189	muta	189
190	190	exemplis	190
191	191	inconstante	191

















52 ~~7~~
AB 52 $\frac{7}{K,2}$

ULB Halle


3

000 654 450



SB





3

HISTORIA
De
AVGVSTANA
CONFESSIOE,
breuiter recitata in Aca-
demia Regiomontana

A
D. IOHANNE
Wigando.

REGIOMONTI
typis heredum Ioannis Daubmanni.

1 5 7 4.

3

